



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1863**

XIV. Mittelmärkische Urkunden.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

## Mittelmärkische Urkunden.

- I. Friedrich, Erzbischof von Magdeburg, räumt einem zu Jericho gegründeten Stifte und dem Havelberger Bisthum den nördlichen Theil des Ortes ein, im Jahre 1148.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Fridericus, dei gracia magdeburgensis archiepiscopus, nouerint tam futuri, quam presentis temporis fideles, qualiter hartwigus venerabilis Bremensis archiepiscopus, Ecclesiam In villa Jericho, In predio suo sitam, cum omnibus appendiciis suis Sancte marie in havelberch, consensu heredum suorum obtulit, vt Ibidem Canonici regulares per venerabilem anselmum, havelbergensem Episcopum, ordinati deo et sancte marie militarent, post aliquod (sic!) vero annos prefatus archiepiscopus hardt-wigus Castrum Jericho cum aliis suis pertinentiis sancto mauricio In magdeburgh contulit, Et quum fratres, qui in predicta ecclesia habitare ceperant, propter tumultum forensis populi propositum sue Religionis ibidem minime conseruare poterant, rogatu iam memorati havelbergenfis Episcopi anselmi et Tiderici, prepositi, assensimus cum eis concambium facere, dantes in Episcopatum havelbergensem ex septentrionali parte ville Jericho totum, quod duabus aquis iuxta fluentibus et hinc inde tumulis aliquibus effosse terre includitur, quatenus predicti Canonici ibidem edificarent et deo quociens seruirent. Nos autem ab ipso anselmo, coepiscopo nostro, XI mansos in villa, que dicitur Nicekendorp, concambii recepimus, saluo tibi Jure possessionis in congregatione et Ecclesia et saluo nostro Jure in possessione castri et ville. Quoniam igitur vtrobique hoc vtile iudicatur concambium, istud ratum et inconuulsam esse decernimus, paginam hanc Sigilli nostri Impressione et banni nostri auctoritate roborantes, actum anno domini MCXLVIII.

Aus dem Copiarium No. 32 Jerichow f. 46. im K. Prov.-Archive zu Magdeburg.

II. Markgraf Albrecht giebt dem Kloster Leitzkau einen Vogt und bestimmt dessen Rechte,  
im Jahre 1162.

In Nomine Sancte et Individue Trinitatis. Ego Adelbertus, Brandenburgensis Marchio, et Otto Marchio, Filius meus. Sicut ad capud suum, unde prodeunt, flumina revertuntur, ut iterum fluant: sic digne ac iuste Mundi Principes suo Creatori Deo Domino, a quo omnis est potestas, recognoscendo concedet humiliter obedire et subditis ejus cunctis Christi fidelibus pacem et quietis tuitionem iustis modis providere. Sic enim nec aliter in veritate stabit noster Principatus, si Christiane pacis vigor et precipue Religiosorum, qui sub nostra custodia degunt, per nos fuerit conservatus. Eo devotionis intuitu pro nostre salutis et filiorum meorum statu, nec non et pro requie dilecte mee conjugis Sophie, providere decrevimus paci et quieti, Ecclesie Sancte Dei Genitricis Marie in Monte Litzkca, que Dei gratia novis temporibus nostris et consiliis et auxiliis promotam est edificium, religione et personis. Sollicitudinisque itaque nostre, qui primi et summi ejusdem Ecclesie sumus Advocati, partem commisimus cuidam nostro Ministeriali Everero; et quomodo sepe numero per Advocatorum intollerabilia gravamina videmus bene coeptas Ecclesias attenuari et annullari, visum est nobis et Filio nostro Ottoni Marchioni modum et terminum Advocatis ponere, qui successu temporis stet nec valeat mutari. Statuimus igitur, ut idem Evererus vel omnes futuri successores ejus, per nos et nostros heredes substituendi Advocati Ecclesie in Monte Sancte Marie Liezeche, tribus vicibus per annum, sicut mos est, Placitum Generale habeant super Montem, foris Claustrum sub Silva. Si vero pluvialis aura obliterit, in curia Fratrum juxta Ecclesiam Sancti Petri conveniant, equi tamen in Villa locentur. Ipse autem judicaturus assumat sibi non quemlibet suorum, sed de familia ecclesie, qui placuerit, qui cum eo Judicio presidet et discutiendis causis et adinveniendis Judiciis collaboret et Justitiam non promoveat, nisi in rationabiliter accusatos, presentibus accusatoribus et accusatis. Nuncius vero Ecclesie a Preposito destinatus Advocato confideat et judicantem eum in nullo impediatur: sed si necesse in Causa constitutus fuerit, eis in verbo et consilio libere subveniat. Qui si Advocatum injuste viderit incedere, surgens nuncius Preposito, Prepositus vero, si illum excedentem compescere nequiverit, ad nostram id est Summi presentiam Advocati omnia deferat. Dignum quoque duximus annotare de qualibus habeat judicare, videlicet de homicidio, furto, si quis inimico in domo assultum fuerit, quod nostri Hussuoconge dicunt, de violento raptu feminarum quod Nodem dicitur, de sanguinis vi armorum effusione, de consueta vulgi conclamatione. Cetera minora Nuncius Ecclesie in hoc ipsum destinatus consilio Prepositi tractet et in pace componat. De servitio vero Advocoti disposuimus, providentes ne Prepositus nimium gravetur, et ne inter ipsum et Fratres dissentio promulgetur, ut in die Generalis Placiti ipsi impendantur XVI scipeli tritici ad panem, dimidius wiscipelus ordeus ad cervisiam, duo scipeli humuli, seu denarii duo, in pabula equorum wiscipelus et duo scipeli avene, solidi IIII pro porcibus duobus, X Galline, triginta casei seu XII denarii, duo scocones ovorum seu denarii IIII Viginti quatuor scutelle seu denarii duo, picarii X seu denarii II. Preter hec ultra nil exactionis, nullum servitii genus a Preposito prefate Ecclesie requirat, nisi forte ex Prepositi et Fratrum ultro-nea et benivola collatione. Ut autem hec nostre Institutionis Charta perpetuis futuris temporibus inconvulsa conservata permaneat, eam Sigilli nostri impressione firmavimus, testiumque subscriptorum testimonio roboravimus. Otto Marchio filius meus, Burchgardus, Comes de Falckenstein, Woltherus de Arnstede, Badericus, Castellanus de Brandenburch, Germa-

nus et filius ejus, Arelofdus et filius ejus, Vulradus et filius ejus, Arnoldus de Grabene, Hericus de Gattersleve, Richardus de Luburch, Macharius Romanus, Sifridus, Prefectus de Liezecha, Gerhardus Valco, Gerbertus de Liezecha, Rudulffus de Jerichow, Gernothus de Milowe. Anno Dominice Incarnationis M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXII<sup>o</sup>, Indictione X, Regnante Imperatore Augusto Fridherico. Actum Magdeburch feliciter. Amen, Amen, Amen. Aufcultata et Collationata est presens Copia per me Arnoldum Kramptzo, Clericum Civitatis Halberstadenfis publicum sacra Imperiali auctoritate Notarium, Et concordat cum suo vero Originali, quod attestor manu propria.

Aus 2. v. 2. neuem allgemeinen Archiv I, 371.

### III. Fragment geschichtlicher Nachrichten über Besitzungen des Kl. Nienburg a. d. S., aus der 2. Hälfte des 12. Jahrhunderts — ibidem.

— ibidem ecclesia et mercatu, Lighinici, mercatu et ecclesia, Zrale, mercatus et ecclesia due, Cracovva, urbs, ecclesia et mercatus, Cotibus, ecclesia et mercatus, ibi sunt iuxta urbem XXII unci. Et quotquot unusquisque uncas habet, tot scilicet urnas mellis dabit, aliquis III<sup>o</sup> uncas, aliquis XII siue XX. Et de inculta terra quantum culta prebebit unusquisque tam filius quam lignis et aquarum concursibus in singulis annis Ac de crocimo in singulis sabbatis unam marcam.

Temporibus folcmari, abbatis ingens dissensio adoleuerat inter Heinricum, marchionem de ilburch, qui patruus conradi marchionis existit, et urbanos Niemeences. Contigit quodam tempore Henricum marchionem cum manu valida in prouinciam illam deuenire, annitens debellare eam ac ditioni sue subicere. At contra hec euenit ac ratus sit. Quibus urbanis cognitis cum magna ui seu copia inobuiam adcurrunt, ac non modicum strages phalangium fecerunt, ceteros in fugam compulerunt. Unde haut modicum sunt ditati de prediis occumbentium. Igitur non post modicum tempus rursus coadunata ualidiore manu fingens se cum paucis uenire relictis comitibus suis in priuatis locis. Qui aggressus est eos et cepit pugnare. At niemeences autumabant sibi prospere cessurum sicuti antea cum omni nisu annitentes inniti. Interea adcurrunt de infidijs undique effecus milites armati et una cum infestis in urbem intrabant. Et tali modi eos subdidit. Postea contra sclauos dimicans aduolat unus sclauonicus miles uel eques cum magna francissa francisca et fracto cerebro eius dilapsus est. Quibus expertis suis comitibus urbanis Henrico, scilicet marchione extincto, omnes de urbe Niemeensi uolucris cursu exibant domino emeritam talionem illi rependente, quia bis sancte Marie seruiantibus fraudem intulit. Igitur cognito abate instituit in singulis annis homines, qui bona sanctorum habebant illuc uenire ad tuicionem prouincie et populi, presertim tempore messis et seminarij quia persecutio in dies grassabatur ab ipsis exulibus ab hereditarijs suis seclusis.

onatum heinrici regis secundi bauenbergenfis super duas ciuitates in triebus et liu-bocholi in pago lusizi consistentes. Mroscina, Grothifti, Liubfi, Zlopifti, Opprin,

Gozewisti cum omnibus territoriis suis et VII stagna peroptima iuxta sprewe, que pertinent Nienburch, ibi quiscunque uoluerit piscari ter in anno prebebit domino suo XXIII<sup>or</sup> marcas argenti, pro hoc, qui frequenter uendit pisces mercatoribus de brandeburch illuc aduentantibus. Cellerarius quoque fratrum quoties indiguerit ueniat illuc et iubeat illis habitatoribus sibi piscari. Olim dabantur fratribus de eodem beneficio CCC urne mellis et eodem modo seruierunt sclauu ibidem commanentes quo Niemienfes. Sed postea constitutus est sclauus quidam prediues zuati nomine, qui frequenter abbatem et fratres seniores ad conuiuium uocauit, quatenus eius conuiuijs illecti ei aliquantulum parcerent in prebitione mellis, quod et impetrauit. Et ex rogatu eius constitutum est, ut singulis annis daret C urnas mellis et duo carrada piscium, quod et impetrauit.

In uillicatione zpreuwe olim erant L uille et adhuc amplius remanent VII, cetera deuastate sunt, quia non habebant defensores, ideo difugerunt inde aliqui molares lapides super arbores suspendentes, ob indicium cognicionis sue uille hoc facientes, et adhuc sunt VII curie super urbem lubin. Et iuxta alzterem III uille iacent quarum, una uocatur briezta altera priorna, et ibi dudum erat mercatus et liutomizoltla et alie plures, que pertinent at III<sup>a</sup> ista burhwardia triebus Et liubochohi ac Morfcina, ibi est ingens lapis uocatur opprin et VII optima stagna. Quapropter conuenerunt in unum hi, qui remanserant, quatinus censum suum preberent in circuitu de gentibus, primum duci polanico, deinde ultra odoram manentibus scilicet primatibus terre, uti pacem habeant ab his habitatoribus, ac sic frequenter illic concurrunt et non illis obsunt nec ledunt, igitur illa pars, que pertinet sancte marie in Nienburch tante longitudinis habet usque ad XVI miliaria in siluis, aquis et lignis, inde dabantur CCC urne ac totidem scoc piscium, nunc uero XL urne et V scoc piscium absque aliis commodis.

Hec est iusticia sclauorum Niemze regionis ac predictarum urbium duarum heinrici, regis bauenbergensis, qui soluere debent fratribus Nienburgensis cenobij ex uillis ibidem adhuc excultis ab unaquaque domo unam urnam mellis et unum siclum et totidem pelles omnium ibidem siluestrium capientium hyrcinam et mertherinam, ceruinam et cattinam et ceterorum animalium siluestrium et unum scoc piscium et unum maldrum humuliginis, unusquisque hec cum suo plauftro apportabit, unde unicuique fratri cedent ad utilitatum suam XXV scli totidemque pelles singulis annis quia sunt quingenti scli similiterque ceterarum rerum. Et hec est longitudo Niemze regionis X requies in longitudine et VIII in latitudine tam siluis quam aquarum decursibus.

Fragment, durch Oberlehrer F. Kindscher in Berst in dem Anzeiger des Germanischen Museums 1859 No. 10 aus der Handschrift ebirt.

IV. Heinrich, Propst in Brandenburg, bezeugt, daß er dem Capellan des Markgrafen, dem Pfarrer Burchard, ein Ackerstück in der Zauche überlassen habe, ohne Datum (1190).

Heinricus, dei gratia prepositus in Brandeburch et totus ejusdem ecclesie conventus uniuersis Christi fidelibus. Sicut iustas nostras petitiones ab omnibus fidelibus exaudiri desideramus, sic proximorum postulaciones pro modulo nostro auribus favorabilibus obtemperante necesse est, ut

exaudiamus. Ad petitionem igitur domini marchionis Brand. et instantiam ipsius capellani Burchardi sacerdotis de Nydicem, fundum solummodo molendini jacentem infra centum mansos in Zucha, quos marchio Otto Brand. pro anima uxoris sue Juditte, marchionisse, ecclesie nostre contulit, ipsi prefato Burchardo et filio ejus Hildebrando prestito prius nobis ab eis hominio in beneficio gratis concessimus, sub ea determinatione, ut si Burchardus alios filios genuerit preter eum, quem nunc habet, ad ipsos beneficium non transeat, sed si predictus filius ejus heredem habuerit, ad ipsum solum hereditas sub tributo duorum modiorum majoris mensure siliginis sine beneficio devolvatur. Ut autem hujus pacti initi memoria presentibus et futuris temporibus oblivioni non tradatur, sigillo domini marchionis et ecclesie nostre sigillo communire necessarium duximus.

Aus Jeffers Abschrift des im Besitze der Golzowschen Guts Herrschaft befindlichen Originales. Vergleiche diesen Cod. I. Hauptth. 8. Bd., S. 121. No. XXXII.

V. Erzbischof Albrecht von Magdeburg bestätigt dem Kloster Lehnin, daß er in seinen Schuß nimmt, dessen Besitzungen und Freiheiten, im Jahre 1207.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Albertus, diuina fauente clementia sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus — monasterium in lenin — — in nostram specialem defensionem recepimus et tutelam, ideoque bona ipsius monasterii quecumque possidet — presenti priuilegio duximus exprimenda, que uel ex largitione illustrium marchionum primi uidelicet Ottonis fundatoris et filiorum eius ottonis et alberti uel a — — eidem monasterio rationabiliter sunt collata: fundus, in quo situm est ipsum monasterium cum suis officinis et cum omnibus suis attinentiis, agris, siluis, pratis, aquis, aquarumque decursibus cum tribus molendinis et aquis ipsorum; Novmiz cum attinentiis suis et molendino in eadem uilla et omni utilitatis prouentu, quinque sagenas ab inferiori parte uille Micheldhorp cum attinentiis suis; Gorizg cum attinentiis suis et stagno adiacente, Radele cum attinentiis; Zvine cum attinentiis eius; due partes uille Gotiz cum attinentiis suis; Detift cum attinentiis suis et aqua obule, in quantum terminos eiusdem uille contingit; Priscere cum attinentiis suis et tribus sagenis in stagno Szvilov; vachovve cum attinentiis suis et medietate stagni, quod uille goliz et vvachovve interiacet; wellenewode cum terminis suis; windeschen Tornovve cum terminis suis; Duo prata, unum in terminis uille wida, aliud in terminis uille decift; Quinque modii falis maioris mensure in Brandeborg. Hic etiam duximus exprimendam eam libertatem, quam illustrissimi principes, fundatores eiusdem loci, tam bonis quam personis eiusdem monasterii per instrumenta publica contulerunt: Omnis familia eorum a theloneo prorsus erit libera et exempta, bona eorum nullius secularis persone aut cuiusquam diuitum aut potentum iurisdictioni erunt exposita aut subiecta, scilicet aduocatiis, expeditionibus, prouinciali placito aut burewardo, sed prefati monasterii fratres ius plenum in eis et absolutum prorsus habentes ab omni secularium strepitu sequestrati suis utilitatibus prouideant etc. —

Nach dem Orig. der Königl. Universitäts-Bibliothek zu Berlin. Der übrige Inhalt der zu Anfang und besonders dem Ende stark verlegten Urkunde ist nicht mehr zu entziffern. Wegen der Zeitbestimmung der Urkunde geben die B. X, Seite 190 mitgetheilten Notizen genügenden Anhalt.

VI. Graf Baderich von Dornburg resignirt der Vogtei über die Dörfer Zernitz und Badewitz bei Zerbst und schenkt solche der St. Nicolai-Kirche in Magdeburg, am 30. April 1210.

In nomine Sancte Individue Trinitatis. Albertus, dei gratia Sancte Magdeburgensis Ecclesie Archiepiscopus — Dilectam nobis Ecclesiam St. Nicolai Magdeburg. in commodis et honoribus suis tanto attentius ac sollicitius promovere nos decet, quanto ad hoc ipsum persone ipsius Ecclesie tam omnes, quam singule nos devotis suis exhibitionibus astrinxerunt. Qua propter — volumus esse notum, quod cum advocatiam in villis Schernitz et Dadewitz, sitis juxta Scherwitz, ad jam dictam Ecclesiam spectantibus Comes Bedericus de Dorneburch in feudo de manu nostra teneret, dilecti filii Conventus eiusdem Ecclesie datis quinquaginta marcis argenti, advocatiam ipsam ob spem gratie nostre ab ipso Comite redemerunt, quem idem Comes presentibus Venerabili fratre nostro Baldewino, Brandenburgensi Episcopo, et his nostris fidelibus, Johanne, preposito de Hekelinge, Hugone, Decano Caminensi, Baldewino Scholastico St. Sebastiani Magdeburgensis, Frederico de Crozuc, Comite Burchardo de Mansfeld, Henrico, Camerario de Seburch, Henrico de Vulverstede, Ludolfo de Gudenberch et aliis quam pluribus absolute ac libere in nostris manibus resignavit. Nos autem postmodum in Capitulo majoris Ecclesie nostre, fratrum nostrorum accedente consensu, prescriptam advocatiam in honore Dei omnipotentis et St. Petri Apostolorum principis ac St. Nicolai piissimi confessoris Eiusdem Ecclesie patronorum sepe dicto conventui cum omni Jure et integritate contulimus, ita ut nullus princeps in ea, preterquam fratres ipsius conventus disponendi vel tractandi aliquid ullam habeat facultatem. Hanc ergo advocatiam eidem conventui presentis privilegii patrocinio confirmamus, statuentes, ut ob reverentiam Dei omnipotentis et gloriosorum martyrum Thebeorum St. Mauritii et sociorum ejus patronorum Ecclesie nostre majoris Hystoria, quam apportavimus personaliter ab Agauno, ubi martyres iidem mortis supplicium pro nomine Jesu Christi pertulisse noscuntur, in memorato conventu per singulos annos tam in natali martyrum eorundem, quam in festo adventus reliquiarum ipsorum, perpetuis temporibus decantetur et ut nostri memoria ibidem agatur apud Deum. Testes vero hujus donationis nostre sunt isti: Albertus, Decanus, Fridericus de Meyendorp, Wernerus de Schenewalda, Burchardus de Glinde, Henricus de Plawen, canonici Magdeburgenses, Wernerus de Amforde, Comes Burchardus de Mansfeld, Burchardus Burggravius Magdeburgensis, Martinus dapifer, Bertramus Advocatus de Hunoldesborch, Alexander et Olricus, Camerarii dominorum etc. — Datum Magdeburg, Anno ab incarnatione Domini MCC Decimo, pridie Kal. Maji, pontific. nostri anno IV<sup>to</sup>.

Aus der Gumbling'schen Sammlung und Kenjen's Grafensaal S. 190.

VIII. Albertus, dei gratia Sancte Magdeburgensis Ecclesie Archiepiscopus — Dilectam nobis Ecclesiam St. Nicolai Magdeburg. in commodis et honoribus suis tanto attentius ac sollicitius promovere nos decet, quanto ad hoc ipsum persone ipsius Ecclesie tam omnes, quam singule nos devotis suis exhibitionibus astrinxerunt. Qua propter — volumus esse notum, quod cum advocatiam in villis Schernitz et Dadewitz, sitis juxta Scherwitz, ad jam dictam Ecclesiam spectantibus Comes Bedericus de Dorneburch in feudo de manu nostra teneret, dilecti filii Conventus eiusdem Ecclesie datis quinquaginta marcis argenti, advocatiam ipsam ob spem gratie nostre ab ipso Comite redemerunt, quem idem Comes presentibus Venerabili fratre nostro Baldewino, Brandenburgensi Episcopo, et his nostris fidelibus, Johanne, preposito de Hekelinge, Hugone, Decano Caminensi, Baldewino Scholastico St. Sebastiani Magdeburgensis, Frederico de Crozuc, Comite Burchardo de Mansfeld, Henrico, Camerario de Seburch, Henrico de Vulverstede, Ludolfo de Gudenberch et aliis quam pluribus absolute ac libere in nostris manibus resignavit. Nos autem postmodum in Capitulo majoris Ecclesie nostre, fratrum nostrorum accedente consensu, prescriptam advocatiam in honore Dei omnipotentis et St. Petri Apostolorum principis ac St. Nicolai piissimi confessoris Eiusdem Ecclesie patronorum sepe dicto conventui cum omni Jure et integritate contulimus, ita ut nullus princeps in ea, preterquam fratres ipsius conventus disponendi vel tractandi aliquid ullam habeat facultatem. Hanc ergo advocatiam eidem conventui presentis privilegii patrocinio confirmamus, statuentes, ut ob reverentiam Dei omnipotentis et gloriosorum martyrum Thebeorum St. Mauritii et sociorum ejus patronorum Ecclesie nostre majoris Hystoria, quam apportavimus personaliter ab Agauno, ubi martyres iidem mortis supplicium pro nomine Jesu Christi pertulisse noscuntur, in memorato conventu per singulos annos tam in natali martyrum eorundem, quam in festo adventus reliquiarum ipsorum, perpetuis temporibus decantetur et ut nostri memoria ibidem agatur apud Deum. Testes vero hujus donationis nostre sunt isti: Albertus, Decanus, Fridericus de Meyendorp, Wernerus de Schenewalda, Burchardus de Glinde, Henricus de Plawen, canonici Magdeburgenses, Wernerus de Amforde, Comes Burchardus de Mansfeld, Burchardus Burggravius Magdeburgensis, Martinus dapifer, Bertramus Advocatus de Hunoldesborch, Alexander et Olricus, Camerarii dominorum etc. — Datum Magdeburg, Anno ab incarnatione Domini MCC Decimo, pridie Kal. Maji, pontific. nostri anno IV<sup>to</sup>.

VII. Bischof Siegfried von Brandenburg und sein Capitel bestätigen dem Kloster Zehn die Zehnten in Brifcer, Zwine, Radele, Göritz und allen seinen Besizungen und schenken demselben die Zehnthebung von 210 Hufen Landes bei Hangelsberg, am 2. Februar 1217.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego Sifridus, dei gratia Brandenburgensis ecclesie Episcopus. Quelibet karitatis opera ita prouide et legitime fieri debere decernuntur, ut ex ipsis quantum caueri potest nulli occasio detur offensionis et locus calumpniandi. Omnis quippe largitio tanto est deo et locis et personis, quibus confertur, acceptior, quanto ex omni parte rationabili conferendi modo sit firmior. Huius igitur rationis formam attendentes, notum facimus vniuersis tam futuris quam presentibus cristi fidelibus, quod nos ob diuine remunerationis emolumentum dilectis fratribus nostris in lenin villarum eidem loco pertinentium Decimationes iuri Episcopali attinentes de consensu Aluerici, prepositi, ac tocius Ecclesie nostre Capitulj celebri ac libera donatione in perpetuos vsus assignauimus. Ex quibus decimis, vt plenior habeatur Noticia, Nomina villarum, quibus adiacent, propriis duximus exprimenda vocabulis: Prescele, quod antiquo nomine dicitur Teskendorp, Zuine, Radele, Goriz, Michelstorp, Naumiz, Damelanc, Welcnewode, Detitz, Gotiz, tertia parte mansorum eiusdem excepta, Wachowe preter terciam decimarum partem eiusdem ville, que tertia pars decimarum cum duobus mansis integraliter ratione parochie in Goliz est Ecclesie Brandenburgensis. Preterea supradictis fratribus CC<sup>orum</sup> et decem mansorum Decimas iuxta montem, qui dicitur hangendenberge, Insuper et ipsius loci, in quo situm est monasterium, contulimus, Uinearum quoque et molendinorum cum vniuersis attinentiis. Ut igitur hec assignatio, sepe dictis fratribus facta interneniente fraternitatis affectu ac karitatis, qua tenemur ad exhibendum tam pro uiuis quam defunctis vtriusque ecclesie fratribus plenum orationum obsequium, rata et in conuulsa in futuro permaneat, totam hanc seriem huic pagine annotatam sigilli nostri munimine Roborauimus. Ne quis ergo factum nostrum temere infringere presumat, Auctoritate dei omnipotentis et beatorum Apostolorum Petri et Pauli et nostra sub interminatione Anatematis prohibemus. Testes sunt Aluericus, prepositus, Heinricus, prjor, Heinricus de Smergowe, Gernotus, Cantor, Thomas, custos, Heinricus, sancti Godehardi Parrochianus, Heinricus, cellerarius, Theodericus de Jnfula, Canonici Brandeburgenses. Actum in Ecclesia nostra Brandenburgensi, Anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XVII<sup>o</sup> III<sup>o</sup> Nonas Februarii Indictione V<sup>a</sup>, Pontificatus nostri anno I<sup>o</sup>.

Nach dem vom Capitel, dem Bischofe und dem Dompropste besiegelten Orig. der R. Universitäts-Bibliothek in Berlin. Bgl. B. X, S. 193, 3 dieses Haupttheiles.

VIII. Albrecht, Markgraf von Brandenburg resignirt dem Erzbischof von Magdeburg zu Gunsten des Nicolai Stiftes in Magdeburg die Vogtei in Zernitz und Badewitz, im Jahre 1217.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. Albertus, dei gracia Marchio Brandenburgensis. Cum ea solum, que diuinis indulgemus cultibus, post huius vite decursum nobis

fuffragari debeant, necesse est, ut, si quid boni quodocunque inchoauerimus, summo studio caueamus, Ne malorum in posterum ingenio retractetur. Notum itaque esse uolumus tam futuri, quam presentis temporis fidelibus, quod nos pro remedio peccatorum nostrorum aduocaciam nostram in duabus villis Cerniz et Dodewitz vsibus Canonicorum Ecclesie beati Nicolai in Magdeburgh attinentibus, quam legitime possedimus, In manus domini nostri archiepiscopi alberti, de quibus eandem tenuimus, ad vtilitatem et commodum eiusdem Ecclesie resignauimus, Nichil nobis racione aduocacie in eisdem villis iuris et domini referuantes, sed solam super hoc diuinam retribucionem fiducialiter exspectantes. Vt autem hoc factum nostrum ratum teneatur et inconuulsam, presentem paginam, que huius certum maneat indicium, inde conscribi iussimus et sigillo nostro communiri. Testes, qui presentes adherant, statuentes apponi, Quorum nomina hec sunt: wernerus, vicedominus Magdeburgensis, Otto, Ecclesie beati Nicolai Canonicus, Gerbertus, Ecclesie beati sebastiani Canonicus Magdeburgensis, Ludolfus, pincerna de gudenburgh, Johannes, dapifer de Jericho, Sifridus de liezeke Et alii quam plures; acta sunt hec anno dominice Incarnacionis M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XVII<sup>o</sup> Indictione quinta.

Aus einem auf Pergamentblättern, dem größeren Theile nach im 15. Säculum niedergeschriebenen Copiarium (No. 58) des Stifts Nicolai in Magdeburg f. 17.

IX. Gernand, Bischof von Brandenburg, confirmirt dem Dechanten des Nicolai-Stiftes in Magdeburg den Besitz des Patronats in Waltersdorf, am 1. März 1224.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Gernandus, dei gracia Brandenburgensis Episcopus. Et si, quantum in nobis est, Ecclesiarum omnium bono statui teneamur intendere, quorundam tamen profectui tenemur specialiter imminere; vnde cum causas non incognitas habeamus tam preteritas, quam presentes, ex quibus Ecclesie beati Nycolai Magdeburgensis intime karitatis existimus et gracie debitores, ipsius non inmerito promocioni tenemur intendere et quibuslibet eius periculis, vbi possumus, obuiare. Cum ergo reuerendus nobis in christo pater et dominus noster, albertus, magdeburgensis archiepiscopus, olim, cum teneremus Magdeburgh ecclesie decanatum, ecclesiam parrochiam de walterstorp et eius filiam in carbeliz, brandenburgensis dyocesis, per commutationem ecclesie parrochialis sancti Nicolai in domesleue, que ad supradictam Ecclesiam beati Nicolai pertinuisse dinoscitur, quemadmodum in ipsius priuilegiis est expressum, de nostro et maioris prepositi et aliorum Canonicorum magdeburgensis ecclesie consensu tradiderit et donauerit cum omni plenitudine iuris sui, Nos donationem ipsam auctoritate ordinaria confirmamus Ratum habentes nichilominus, quod decanus Ecclesie beati Nicolai, qui pro tempore fuerit, nomine et iure capituli sui, cui ius patronatus collatum est, habeat ius presentandi personam in illius ecclesie ministerium deputandam, que subscriptis redditibus sit contenda (sic!), tota videlicet decimali in pokeriz et in walterstorp vno manso et oblationibus fidelium vniuersis. De reliquis autem reddituum prouentibus liberum sit capitulo memorato disponere, quod secundum deum et honestatem ecclesie sue viderit disponendum. Vt ergo hec, que supra scripta sunt, rata semper et inconuulla

permaneant, antedictam Ecclesiam beati Nycolai Magdeburch presenti priuilegio sigilli nostri munimine roborato super hoc communimus statuentes et sub anathematis interminatione districtius inhibentes, ne quisquam contra ea, que premissa sunt, aliqua temeritate venire presumat aut modis quibuslibet obuiare. Acta sunt hec Magdeburch, anno gracie M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XX<sup>o</sup> III<sup>o</sup> Kal. Marcii, pontificatus nostri anno secundo.

Aus dem Copialbuch des Stifts Nicolai (s. Bemerkung unter der Urkunde vom Jahre 1217 No. 58) f. 26 u. 27 im Magd. Prov.-Archiv.

X. Gernand, Bischof von Brandenburg, bekundet, daß Arnold von Rothenvörde sein Eigenthum in Rothenvörde dem Kloster unserer lieben Frauen in Magdeburg verkauft habe, i. J. 1226.

Gernandus, miseratione diuina Brandenburgensis Episcopus, vniuersis fidelibus presentem paginam inspecturis. Cum nostris temporibus in emptionibus maxime et venditionibus habundans cautela merito requiratur, tum propter presentis etatis maliciam, que semper ad malum pronior est, quam ad bonum, tum eciam propter conditionem humane fragilitatis, cuius memorie ordo rerum legitime gestarum elabitur, ne temeritas vel obliuio obnubilet veritatem, expedit et oportet, ut geste rei series litteris autenticis committatur et ad excludendum totius ambiguitatis dubium confirmetur ab eis, penes quos est auctoritas confirmandi. Notum proinde sit Christi fidelibus vniuersis tam presentibus, quam futuris, quod Arnoldus, miles de Rodenuorde, ministerialis domini Heinrici Comitis Alcharie, in nostra et dominorum nostrorum maioris ecclesie in Magdeburg canonicorum presencia constitutus, cum ad ipsius confessionem audiendam essemus specialiter conuocati omnibus nobis audientibus est confessus, quod de assensu et voluntate domini sui Comitis supradicti omnem proprietatem suam in villa Rodenuorde Honorabili viro domino Wichmanno, ecclesie beate Marie in Magdeburg Preposito et conuentui eius legitime vendiderit et titulo venditionis per manus Nobilis viri Bederici, comitis Norturingie, in forma iudicii tradiderit, approbantibus uenditionem et traditionem ipsam iudicialibus scabinis et super ea dictantibus sententiam legum terre. Preterea predictus miles nobis presentibus recognouit, quod dicte venditioni et tradicioni sui heredis accessit beneplacitum et voluntas, qui, quoniam infra annos erat et ob hoc assensus ipsius minus sufficiens uidebatur, sepedictus miles tam de ratihabicione sui heredis in posterum, quam de cauenda euictione eorundem bonorum dicto preposito et ecclesie ad habundantem cautelam se prestitisse fatebatur fideiussoriam cautionem fide iuentibus seu promittentibus honestis viris, quorum hec sunt nomina: Arnoldus de Rodenuorde, ffridericus de Hekelinghe, Henricus leo, Ludolphus de Gloten, Theodericus scathe, Elembertus de Hekelynghe. Nos igitur horum, que coram nobis modo celebri et legitimo sunt tractata, cognitionem refundere in posteros cupientes tenore presentium, nos talem audiuisse confessionem sepedicti militis protestamur, venditionem et traditionem ipsam auctoritate domini nostri Alberti, Magd. Archiepiscopi, cuius vice fungimur, confirmantes et presentem paginam, ut sic memoriale et testimonium geste rei sigilli nostri munimine fecimus consignari. Huius rei testes sunt ffridericus,

maior decanus, Wernerus, prepositus de hunoldesborg, Lodewicus de lewenberch, Heinricus, prepositus de Milderse, Lodewicus de Grabowe, Arnoldus, scolasticus, canonici maioris ecclesie, Wichmannus, Prepositus ecclesie beate Marie, Hugo, plebanus forensis ecclesie in Magdeburg et alii quam plures. Acta sunt hec Anno gracie M° CC° XXVI°, Indictione XIII<sup>a</sup>, Epacta XX<sup>a</sup>, Concurrente III°.

Nach einer Abschrift aus dem Copiario des Klosters unserer sieben Frauen in Magdeburg No. 29 im R. P.-Archiv.

XI. Gernand, Bischof von Brandenburg, confirmirt einen Vertrag des Pfarrers in Ekholt mit dem Custos des Klosters unserer lieben Frauen in Magdeburg über die Einkünfte seiner Kirche, im Jahre 1228.

Gernandus, dei gracia Brandenburgensis Episcopus, Omnibus hanc paginam inspecturis salutem in domino, Notum esse cupimus vniuersitati vestre, quod Johannes, sacerdos in ecclesia, que Ekholt dicitur et sita est in diocesi nostra, de assensu et beneplacito Wichmanni prepositi S. Marie virginis in Magdeborch, patroni Ecclesie memorate, vicarius perpetuus constitutus, de eiusdem ecclesie prouentibus cum Bertramo, custode ecclesie sancte Marie, ad cuius custodiam ecclesia pertinet memorata, in nostra presenciam et nostra auctoritate accedente taliter ordinavit, ut ipse prouentus eisdem ex integro percipiat et de eisdem Quindecim maioris mensure Modios, duos auene et Tredecim siliginis dicto custodi vel eius, qui pro tempore fuerit, successori in expensis propriis periculo tamen custodis et ecclesie faciet annis singulis tempore constituto in ciuitate Magdeborch exhiberi. Preterea procuratio nostra et successorum nostrorum cum ex officii nostri debito visitationis gracia vel alia qualibet ex causa ad iam dictam ecclesiam nos declinare contigerit, non ad custodem, sed ad vicarium de ipsius voluntate et beneplacito pertinebit. Vt igitur huius ordinationis series, sicut de beneplacito et voluntate libera eorum, ad quos pertinet, emanauit preuia ratione rata et inuiolabilis perseueret, eandem tenore presentium confirmamus sigilli nostri munimine presentem paginam roborantes. Huius rei testes sunt Wichmannus, Prepositus sancte Marie in Magdeburch, Jacobus, plebanus de szeruist, Martinus, plebanus de Cotentene, Daniel, plebanus de Juterbuc et alii quam plures. Datum anno gracie MCCXXVIII°.

Nach einer Abschrift aus dem Copiario des Klosters unserer lieben Frauen in Magdeburg No. 30.

XII. Bischof Paulus von Posen bestätigt dem Kloster Paradies den ihm bei seiner Stiftung durch Uebertragung an den Abt Heinrich von Lehnin beigelegten Besitz von Gostecowo, am 1. Februar 1234.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Paulus, dei gratia Poznaniensis episcopus, omnibus hoc presens scriptum inspecturis salutem perpetuam in domino. Cum episcopalis interfit officii, ad edificationem corporis Christi, id est ecclesie, sollicititer intendere et decorem domus domini ut varietate distincta refulgeat multipliciter ampliare, — Ideo notum facimus omnibus tam presentibus quam futuris cristi fidelibus uniuersis, quod nove foundationis monasterio cisterciensis ordinis poznaniensis diocesis, cui nomen est paradifus sancte Marie, fundato in loco, qui dicitur Gostecowe de voluntate et auctoritate nostra, dicto inquam monasterio omnem decimam totius ville Gostecowe secundum terminos suos de consensu capituli nostri donamus et confirmamus libere ac perpetuo possidendam. Cum ejusdem ville Gostecowo decima ad parochialem ecclesiam in eadem villa constructam et a nobis olim consecratam pertinuisse dinoscatur, quam decimam prefate ville in ipsius ecclesie consecratione donauimus eidem. Iustum namque est et apostolice sanctioni consentaneum, ut hi potissimum altari prouentibus communicent, qui vigilantius altaris deservire probantur. Quinetiam tranquillitati et paci dilectorum fratrum ante dicti monasterii in futurum prospicientes, testamur presenti pagina et protestamur, quod vir nobilis Bronifius Comes obtulit sepe dictam villam proprietatis sue cum omnibus bonis et villis suis, cum omni jure proprietatis et utilitatis omnipotenti Deo et gloriose matri sue semperque virgini Marie ad opus monasterii construendi et Domino Henrico, abbati de Lenin cum fratribus suis contulit et suo privilegio confirmavit. Quod ne quisquam ausu temerario futuris temporibus retractare presumat, vel super hujusmodi donatione legitima sepe nominatum Monasterium molestare, auctoritate Dei omnipotentis apostolorum Petri et Pauli ac nostra sub anathemate prohibemus. Ut autem pretaxata nostra et capituli nostri donatio et confirmatio prememoratis fratribus rata, stabilisque permaneat, sigillorum munitione, videlicet nostro et capituli nostri fecimus hanc conscriptionem nostram insigniri. Acta sunt hec anno gratie millesimo CCXXXIV, kalendis Februarii, epacta XXVI, Indictione quinta.

Aus Raczyński's Cod. Pol. I, S. 10.

XIII. Vertrag Gernands, Bischofs von Brandenburg, zwischen dem Burggrafen zu Dornburg und dem Kloster unserer lieben Frauen in Magdeburg wegen Einkünfte in Glügow und Bregin, am 28. Mai 1236.

Gernandus, dei miseratione Brandenburgensis Episcopus, Vniuersis Christi fidelibus presentem paginam Auditoris in ihesu saluatore salutem. Inter cetera gratiarum munera desuper nobis data non minimum diuine pietatis est donum, quod scriptis patrum veterum et humanarum

eruditur ingenium ac fragilitatis humane memorie roboratur, ut quod rite agitur Inter presentes ad agnitionum absencium valeat peruenire. Notum volumus esse tam presentibus, quam futuris, quod causa, que inter honorabilem virum dominum Johannem S. M. Magd. prepositum et dominum ywanum militem castrensem de dorenborch vertebatur, iam longis temporibus agitata compositionis interueniente tractatu consilio uirorum fidelium ac prudentum et arbitrio est sopita. Constitutis itaque coram nobis domino Geldolfo, cellerario S. Marie ex parte prepositi et domino ywano milite promissum recepimus ab eisdem, ut quicquid dictaret arbitrium prefati prepositus atque miles inuolabiliter obseruarent, Deinde recepto a partibus hinc et inde Arbitri ab utraque parte electi hii: uidelicet ex parte prepositi Henricus domicella et waltherus de foro, ciues Magdeburg, Et hii ex parte militis Henricus de Jeluerstede et heinricus de danecowe arbitrium de communi consensu partium in nostra presentia promulgarunt. Est autem arbitrii forma talis: dominus prepositus renunciabit omnibus Iniuriis, dampnis et debitis et si qua sunt alia, que requirit a milite memorato, nullo penitus rancore manente seu commotionis particula inter ipsos ad inuicem ex hac causa vel inter ipsos et homines eorundem dominus ywanus renunciabit omni Juri, quod in tabernatu de Clutſowe se dixit habere; destructio vero seu permisso tabernatus erit in plena prepositi potestate. Dominus ywanus habebit annis singulis in villa Clutſowe solummodo viginti solidos pro expensa, quam ciues iidem ministrare deberent diebus placiti, quibus iudicio presidebit, nec idem miles prandium aut cenam faciet in eadem villa die, quo iudicio presedit in illa. Item sepedictus miles habebit in villa Britzin viginti quattuor solidos annuatim diuisis hiiis viginti quattuor solidis in tres partes ita, quod quolibet die placiti siue presideat iudicio siue nostro presideat, recipiat octo solidos pro expensa nec ulla diebus placiti sibi dabitur expensa nomine iudicis nec a curia prepositi nec a uilla. Item si per negligentiam alicuius seu excessus alios qualescumque aliqua fuerint in forma iudicii acquisita, dummodo causa tracta fuerit in iudicium per querelam, Idem miles seu nuncius eius acquisita laxare non debet nec in sede iudicii, nec ullo locorum, nec etiam debet compositionem admittere talis cause, nisi de consensu prepositi seu nuncii sui, quem pro tempore duxerit ad placita destinandum. Nos quoque tulimus sententiam excommunicationis in eum, qui arbitrium hoc prescriptum in aliqua sui parte violauerit aut in toto, mandantes eundem, postquam legitime de arbitrii violatione constiterit excommunicatum publice nunciari et ab omnibus usque ad satisfactionem condignam artius euitari. Acta sunt hec ante castrum Dhornenburch super ripam Albie presentibus his Magistro Reinardo, canonico S. Sebastiani Magdeburg, domino Daniele de Munkede, Theobaldo Alberto, clericis, Alberto de Blekendorp, Burchardo de weterlinghe, Thegenardo de Randowe, Heidenrico de Sedorp, militibus, Ewerwino de Siliz, Heinricho, Schulteto de Gummeré et aliis quam pluribus. Datum lezeke, V. Kal. Junij, Anno gratie MCCXXXVI, Pontificatus nostri Anno quarto decimo.

Nach einer Copie aus dem Copiaro des Klosters unserer sieben Frauen in Magdeburg (36) No. 35.

XIV. Wilbrand, Erzbischof von Magdeburg bestätigt die Donation des Bischofs von Havelberg für die Kirche zu Wust, am 29. März 1240.

Wilbrandus, dei gracia sancte Magdeburgensis ecclesie Archiepiscopus, dilectis in Christo C. plebano in Melckowe et suis successoribus in perpetuum. Effectum iusta postulantibus indulgere, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, presertim quando petentium voluntates et equitas adiuuat et vtilitas comitatur. Ea propter dilecte nobis in christo C. tuis iustis petitionibus annuentes dotem, qua venerabilis frater noster pie memorie Selenbertus, quondam Havelbergenfium episcopus, ecclesiam in wostitz dotauit, dum consecraret eandem, tibi et tuis successoribus duximus perpetuo confirmandam, ipsam sicut in priuilegiis predicti episcopi inuenimus expressam suis propriis nominibus exprimentes, videlicet Area una ad usum sacerdotis, cuius longitudo est ipsum cimiterium ad meridiem, latitudo quatuor virgularum mensuarabilium Itemque Area una in eadem parte ville circa finem ad usum custodis et uiginti octo solidi Magdeburgensis monete in festo beati Martini soluendi, quorum quatuor dantur de censu duorum mansorum Melckowe in fine ville ad leuam manum versus Brist, viginti quatuor dantur wostitz de decima trium mansorum, duorum in veteri villa Balduini Scabini, vnus in noua villa simonis Scabini; postremo ipsa Basilica cum dote sua, cum cura hominum et animarum cum tertia parte decime Totius ville wostitz et totorum agrorum eius et cum proprietate et toto iure unius Mansi, veluti Matri filia ecclesie in Melckowe est assignata. Sanctimus (sic!) igitur et sub Anathematis vinculo districtius inhibemus, ne quis hanc nostre confirmationis paginam presumat aufu temerario violare uel de predictis quippiam permutare. Datum Magdeburg, Anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XL<sup>o</sup>, IIII Kalendas aprilis, pontificatus nostri anno quinto.

Aus dem Copiaro N. 32 Jericho p. 57 im Magd. Prov.-Archiv.

XV. Graf Bederich von Belzig schenkt der Marienkirche zu Hamburg verschiedene Reliquien, (im Jahre 1243?)

Venerabilibus dominis, decano et capitulo Hamburgensi. B. Dei gracia comes de Belziz, salutem cum affectu sincero. Quia inducti bonorum consiliis et hortatu in ecclesia uestra, quam in honore gloriosissime uirginis Marie audiimus esse fundatam, nostram et progenitorum nostrorum memoriam fieri affectamus, tamen quia ad presens possumus, demonstrare volentes affectum, thesaurum nobis et nostris progenitoribus per electum, non sine multis laboribus, supplicationibus et instantiis ab ipsis et a nobis obtentum et cum omni diligencia reconditum et seruatum, aliquorum videlicet sanctorum reliquias plurimum venerandas, sub feris et sigillis venerabilium patrum diligenter inclusas et intactas vsque ad hec tempora, vobis et ecclesie uestre duximus transmittendas. Quas per manus religiosorum et Deum timencium uirorum reuerenter referuatas, quos ad nos miseratis, nunciis uestris sub multorum honestorum testimonio fecimus exhiberi. Et ideo, quantum possumus

et audemus, vos rogamus vniuersos et singulos et monemus, quatinus ipsi sanctorum sanctissimo Ihesu Christo et sanctorum suorum reliquiis tam specialem nunc honorem et tantam reuerenciam impendatis, quod ecclesia vestra ipsorum meritis exaltari, promoueri ac respici a Domino mereatur, et nos cum ceteris deuotionem vestram intelligentibus non solum ad similia, sed etiam ad maiora debeamus merito effici prompiciores et vobiscum pariter pro eo speciale premium habeamus. Scituri, quod si diligenciam vestram perceperimus, vos et ecclesiam vestram pro nostris uiribus studerimus honorare.

Reliquie, quas vobis misimus, sunt hec: De ligno crucis Christi. De lacte sanctissime Marie virginis et de crinibus ipsius. De crinibus beati Johannis ewangeliste. De reliquiis sanctorum apostolorum Petri et Pauli, Bartholomei, Jacobi minoris, Mathei, Mathie. Item de reliquiis sanctorum martirum: Stephani prothomartiris, sanctorum Johannis et Pauli, Damiani, Ypoliti, Vincencii, Blasii, Dyonisii, Florencii de Ytalia, Sebastiani, Habundi. Item de reliquiis beatorum confessorum: Nicolai, Martini, Briccii, Eustachii, Egidii, Leonis pape, Pantaleonis, Calixti pape et brachium sancti Sixti pape et martiris. Item de reliquiis beate Marie Magdalene, Agathe, Lucie, Cecilie, Margarete.

Datum Beldiz, presentibus uiris religiosis ordinis Cisterciensis et aliis pluribus religiosis, clericis et laicis.

Aus Lappenberg's Hamb. Urkunden-Buch I, S. 775 No. CMXXXIII.

Zur Jahre 1243 verehrte der Graf auch dem Marienkloster zu Stade mehrere Reliquien. Chron. Alberti Stadensis zu diesem Jahre. Ungefähr um dieselbe Zeit ist wahrscheinlich auch die obige Zuteilung von Heiligthümern an die Marienkirche zu Hamburg vorgenommen.

**XVI. Ruther, Bischof von Brandenburg, eignet dem Lorenz-Kloster in Neustadt-Magdeburg Einkünfte der Parrochie Pechow zu, am 24. September 1244.**

Rutherus, dei gracia Brandenburgensis episcopus, vniuersis christi fidelibus presentem paginam inspecturis in Ihesu saluatore salutem. Officii nostri debitum exigit et requirit, ut quod a nobis agitur, preuia facione dirigi cognoscatur, Ne ex factis nostris ambiguis aut obscuris valeat posterorum opinio vacillare. Notum itaque fieri volumus vniuersis tam presentibus quam futuris, quod cum in monasterio sancti laurencii magdebureh sint ancille christi et sponse in vnum christi thalamum aggregate, quibus necesse est, ut temporalibus adiuuentur auxiliis, nos diuine remuneracionis intuitu, de capituli nostri consensu redditus parrochie de pechowe, quibus exstitit hactenus ipsa dotata, eidem monasterio tempore, quo vigerit in eodem obseruancia regularis, tradimus in vsu perpetuum et donamus, duobus siquidem mansis exceptis adiacentibus ville pechowe cum omni questu illorum, Insuper area dotis et altaris oblacionibus consuetis, cum quibus perpetuabitur vicarius, qui pro tempore a prefato monasterio sancti laurencii secundum tenorem iuris patronatus eidem indulti ad dictam parrochiam fuerit presentatus et ab episcopo perpetualiter institutus; Quod quia ratum haberi volumus iugiter et mandamus, Hoc scriptum nostrimet et nostri ca-

pituli sigillorum munimine roboramus. Acta sunt hec magdeburch in curia vicedomini presentibus viris fidelibus hiis: videlicet petro brandenb., Conrado camin., Johanne, sancti laurencii, Hinrico de plozke et hinrico de arnesberg prepositis Aderant nichilominus Albero prior brandenburgeris, bernardus, custos lecekenfis, magister Enotus, plebanus de lubas, Hermannus, prepositi sancti laurencii, cappellanus, Gifelbertus, cappellanus noster, Albertus, notarius noster, qui omnia hec conscripsit et bruno cuonis, ciuis magdeburgeris et alii quam plures. Data leceke, decimo octauo Kalendas Octobris, Anno ab incarnatione domini millesimo Ducentesimo, Quadragesimo quarto, pontificatus nostri Anno tercio.

*Copialbuch des Lorenz-Klosters in Neustadt-Magdeburg f. 45.*

XVII. Boleslaw, Herzog von Schlesien und Polen, befundet, sich mit Wilbrand, dem Erzbischof zu Magdeburg, über die Theilung des Schlosses und Landes Lebus und über das Lehens-Verhältniß desselben verglichen zu haben, am 20. April 1249.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Nos Bolezlaus, Dei gracia Dux Slesie et Polonie, Omnibus imperpetuum, factorum nostrorum ordinem et processum presentibus et futuris insinuare volentes ipsum committimus testimonio scripturarum, ut lecte dubios expediant et errare non finant. Sane recognoscimus et tenore prefencium protestamur, quod venerabilis in christo pater et dominus noster Wilbrandus, Archiepiscopus Magdeburgeris, et Ecclesia sua nobiscum et cum heredibus nostris fidei puritatem perpetue, que pacis seruare vinculum proponentes sibi et ecclesie sue vnum de Castris lubus inferius videlicet et finale, medietatem medii necnon medietatem Ciuitatis et districtus tocuis tantum pertinentis ad Castrum ex utraque parte Odere fluminis cessimus per medium equa lance. Aliud autem finale superius et medietatem medii nobis et nostris heredibus referuantes, que in feodo tenebimus de manibus suis et successorum suorum. Jus etiam, quod habuimus in patronatu Episcopatus, prepositure et Officio Castellanie nobis sicut hactenus saluum erit, tenebimus tamen in feodo hec ab ipso cum Supanis et attinentiis quibuscunque. Dominus eciam Episcopus, prepositus et Clerus omnis in Castro libertatem omnimodam retinebunt, quam hactenus habuerunt. Castrenses nostri, quos Lubus habebimus, domino Archiepiscopo Jurabunt, quod partes suas in Castris, Ciuitate et terra defendant contra quemlibet inuaforem, sicut defendere nostras tenentur, et idem nobis facient domini Archiepiscopi Castrenses, Et neque dominus Archiepiscopus neque nos Castrensem aliquem in Castris istis locabimus, qui sit aduersarius ipsius uel noster. Et partes nostras, quas in Castro, Ciuitate et districtu habemus, nobis uel heredibus nostris aliquo distractionis uel alienationis tytulo alienare uel obligare principi uel cuiquam non licebit, Sed nos nostras nobis retinebimus et Magdeburgeris ecclesia suas sibi perpetuo conferuabit. Preterea neuter nostrum sine consensu alterius in ista nec in altera parte fluminis Odere in districtu lubuceni aliquam municionem edificabit nec edificari permittet. Insuper Supani et omnes proprietatem in terra Lubus habentes Jus aliud non habebunt, quam quod ad hec tempora habuerunt, siue in nostram siue domini Archiepiscopi partem cedant. Jurabunt eciam Castrenses, quod cum decedere

contigerit Archiepiscopum uel aliquem successorum suorum, quod Castra illa nemini presentabunt, nisi successor eius transmittat nobis uel heredibus nostris litteras protestacionis, quod obseruet ea, que in hoc compositionis et concordie priuilegio continentur. Quod si nullis legitimis impedimentis detentus a die sue consecracionis ad Annum neglexerit adimplere, Castrenses illa Castra nobis presentare debent, quousque Archiepiscopus faciat, quod est dictum. Eo autem facto nos restituemus Archiepiscopo Castra sua dolo quolibet pretermisso. Nos etiam si a die consecracionis Archiepiscopi bona nostra Jure feodi non recipimus infra annum sine periculo bonorum nostrorum manebimus, donec Archiepiscopus quatuordecim diebus nobis pronuntiet, quod uelit lubus uel in districtum lubensem uenire. Qui si uenerit et nos Octo diebus continuis expectauerit et nos in terra nostra existentes impedimento legitimo non retenti non receperimus bona nostra, ex tunc bona uacabunt, que de manu Archiepiscopi deberemus habere. Quod autem nos hiis predictis dominum Archiepiscopum et suam Ecclesiam honoramus est causa; uidelicet quod ipse et sui successores nos et nostros heredes contra omnes, qui nos absque causa legitima uolunt opprimere uel offendere, debent iuuare, prout possunt melius cum effectu, si nobis non possunt iusticiam uel gratiam obtinere. Si etiam in profecutione Iniuriarum nostrarum cum nostris et suis aduersariis contingeret nos bellare, debemus secundum consilia duorum hominum suorum et duorum nostrorum taliter disponere rebus nostris ad bellum, quod aduersariis resistere ualermus. Nos etiam dominum Archiepiscopum in similibus iuuare tenemur et de propriis bonis iuuabit alium unusquisque. Si nos sine legitimis heredibus decesserimus, dominus Archiepiscopus et sui successores fratribus nostris in feodo bona nostra concedent, si ea infra tempus legitimum duxerint requirenda. Ad hec si nos contra ea, que scripta sunt in hoc priuilegio, ueniremus, Castrenses nostri medio tempore nullum nobis obsequium prestare deberent et in Castris ipsis nullam nobis permittere potestatem, donec emendaretur secundum iustitiam uel amicitiam, quod contra priuilegium factum esset et in Archiepiscopo sicut in nobis seruari debet. Qui autem contra priuilegium non uenerit, obsequium habebit de suis castrensibus et potestatem Castrorum suorum. Si intra Castrenses fuerit orta discordia, de illa iudicabit Judex communis, qui de consensu constitutus fuerit utriusque. Si Judex communis discordiam illam iudicare uel sopire non potest, Illius dominus, qui excessit et qui causa est discordie debet iudicem iuuare, quod possit. Ceterum nec Archiepiscopus, nec aliquis successorum suorum citra limites terre lubus usque in contigua Polonica terminos suos protendent sine consensu nostro et heredum nostrorum, hii autem sunt termini Castrilubus uersus poloniam ex illa parte Odere a flumine, quod uocatur Nothes, incipiunt in prato, quod uocatur Guba et procedunt in Rudna et Rogi et usque ad lacum wandrine et usque Slauice et usque Peflice, quod est inter magnam uillam et Moloffon. Item usque Pozirzadlo, post hec ubi Schuga pilscha intrat magnam pilscham. Item usque Sirze et usque Rampice. Ex ista parte odere incipiunt in konothope usque ad lacum altiorem trebule et per uiam, que ducit de Gubyn usque lypa. Dehinc ad Powodeicers, post hec inter Corasno et Splawe, Deinde ubique in Odra, de Odra Spreua fluuius per medium usque in prelauki. Item ubique in Lecnici. Item ubique in Köpnucci. Item per Stobrauam fluuium usque in Odrizam. Preterea attinent lubus ista loca Castrorum sita infra terminos prenotatos Chynez et terra, que attinet, Kosterin cum tota terra attinente, Deinde Torum, deinde Ponzin, deinde Bucowe, deinde platkou. Quod si tempore procedente ueraciter fuerit intellectum, quod alicubi sint termini largiores, quam in hoc priuilegio sit expressum, de illis de communi consensu et consilio intrmittere nos debemus et inter nos eque diuidere, sicut alia sunt diuisa. Ut autem hec omnia, que in presentibus sunt expressa,

tam a nobis et nostris heredibus, quam ab Archiepiscopo et suis successoribus perpetuo bona fide seruentur, data fide promissimus et Juraimus nos sibi et ipse nobis, Insuper presens scriptum munimus nostri appensione sigilli. Insuper testes sunt venerabiles patres Abbas de Nyenborch et Abbas de Monte, Albertus de wernigherode, Magd. ecclesie prepositus, Rodolphus de dyngelstede, Decanus et prepositus, Ropertus de Querenuorde; layci autem Illustris homo Burchardus, Magd. Burgravius, et nobiles homines Comes Albertus de Rauenswald, Otto de hademerfleue, waltherus de Arnefstein, Comes ludolphus iuuenis de halremunt, waltherus de Barbey, hermannus de werberch, wernerus de Dobyn et Gerhardus, Domicellus de Querenuorde. Ministeriales Vulradus de Indagine, wydego de Camenz, henricus de Alifsleue, dapifer Curie Magdeburgensis, Otto de Godebuz, Gerhardus et hermannus fratres de wederden, Richardus de Damis, henricus et Johannes fratres de Gaterfleue, Ericus de Borch, Erenfridus de Gyuekenfsteyn, Orlicus boc, Aduocatus de Beiger Nyenburch, Richardus, Domicellus de Czerwift, Rodolphus de Neminc et alii quam plures Milites et serui. Datum legenitz, Anno graciae M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XLVIII<sup>o</sup>, XII Kal. May.

Aus dem Codex St. Mauritii im Herzogl. Landes-Archiv zu Bernburg f. 105 (Cop. IV a f. III. im Königl. Prob.-Archiv zu Magdeburg).

XVIII. Die Bischöfe von Magdeburg und Halberstadt, so wie der Abt Johann von Lehnin, laden zur Entscheidung des Streites über die Diöcesangrenzen der Bisthümer Camin und Schwerin den Bischof von Schwerin zu einem Termine nach Havelberg, im Jahre 1257.

O. de Raceborch, V. de Halberstat, dei gracia episcopi, ac Jo., humilis abbas de Lenin, Cisterciensis ordinis, Brandenburgensis dioecesis, venerabili patri R., Zwerinenfi episcopo, salutem et sinceram in domino caritatem. Litteras domini pape nos recepisse noueritis in hunc modum:

Alexander, episcopus, seruus seruorum dei venerabilibus fratribus . . Raceburgensi et . . Halberstadenfi episcopis ac dilecto filio . . abbati de Lenin, Cisterciensis ordinis, Brandenburgensis dioecesis, salutem et apostolicam benedictionem. Exposuit nobis venerabilis frater noster . . episcopus Caminensis, quod venerabilis frater noster . . episcopus Zwerinenfis causam, quam super limitibus dioecesis sue mouet contra ipsum, tibi frater episcope Raceburgensis optinuit a sede apostolica delegari, in qua, licet idem Caminensis episcopus negligens in huiusmodi cause prosecutione non fuerit, adhuc, ut asserit ad lites contestationem minime est processum. Vt igitur negocium huiusmodi sine suspicione procedat, nos uos, frater episcope Halberstadenfis et fili abbas de Lenin, cognitioni cause huiusmodi duximus adiungendos, per apostolica uobis scripta mandantes, quatenus, si est ita, in causa procedentes eadem, ipsam terminare curetis iuxta directarum tibi super hoc, frater episcope Raceburgensis, continentiam litterarum. Quod si non omnes hiis exequendis poteritis interesse, duo uestrum non minus exequantur. Datum Viterbii V<sup>o</sup>, kalendas Decembris, pontificatus nostri anno III<sup>o</sup>.

Huius igitur auctoritate mandati uos citamus, locum cathedralem ecclesiam in Huelberch et diem VI<sup>a</sup> feria post octauam sancti Johannis baptiste uenientem in proximo prefigentes, super causa, que inter nos uertitur et dominum episcopum Caminensem. Et quod propter locorum distantiam sine magna difficultate et grauibz expensis sepius in unum non possumus conuenire, nec ad nos de facili pro citationibus optinendis potest haberi recursus, hunc terminum uobis peremptorium assignamus.

*Eiſch, Medf. Urkunden III, 98.*

**XIX. Otto, Markgraf von Brandenburg, ſchenkt Rehagen an das Kloſter Jericho,  
am 16. Juli 1266.**

Otto, dei gracia Brandenburgensis marchio, vniuersis tam presentibus quam futuris, ad quos littere presentes peruenerint, Salutem et bonorum omnium Incrementum. Dignum esse conspicitur ac necessarium arbitratur, quod ea, que gerantur in tempore, ne cedant tempori, litterarum debent testimoniis perhennari. Recognoscimus igitur tenore presencium publice protestando, Quod nos de plenitudine consensu filiorum nostrorum dilectorum, villam Rehagen et aduocatiam cum viginti mansis et cum tribus adiacentibus mansis, qui dicuntur mansi Rehagen, conferimus liberaliter et donamus monasterio et Collegio siue Conuentui dominorum In Jericho ordinis Sancti augustini cum omnibus et singulis ad eandem villam pertinentibus tam in siluis, quam in campis vel vbiq;ue locorum sitis, pleno Jure, prout ad nos pertinebat, perpetuo possidendam, Exceptis tantum graminibus in puteo Jerichowe, que nobis et nostris specialiter referuamus. Huius itaque donationis nostre testes sunt albertus, prepositus de Stendal, Johannes de Roffowe, Item Geuehardus de aluenfleue, Conradus de osterboreh, vlricus de Cruge, milites, et Johannes, notarius noster Et alii quam plures; ad maiorem autem premissorum euidentiam atque perpetuam firmitatem damus memorato Conuentui presens Instrumentum nostri et predictorum filiorum nostrorum Sigillis prouide communitum. Datum Smedesdorp, Anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo sexto, XVII. Kalendas augusti.

*Ans dem Copiarium No. 32, Jerichow p. 32, 33.*

XX. Albrecht, Markgraf von Brandenburg, verträgt sich mit Conrad, Erzbischof von Magdeburg, wegen der Lebuser Domherren zu Frankfurt und wegen des Landes Lebus, so wie wegen der Schlösser Calbe, Zorne und Cupric und der Jagd bei Altenhausen und Parchen, am 28. September (1268—78).

Nos Albertus, dei gracia Marchio Brandenburgensis, Notum facimus vniuersis ac recognoscimus per presentes, Quod cum venerabili patre ac domino Conrado, Archiepiscopo Magdeburgensi concordauimus in hunc modum super quibusdam Articulis infra scriptis, super quibus concordare non poterant, ymo diuersa Jura pronunciauerant homines domini Archiepiscopi et eciam nostri, qui ad decidendum omnes gwerrarum articulos inter dictum Archiepiscopum et nos subortos fuerant deputati. In primis de locacione canonicorum lubucensis ecclesie in frankenuorde, quod dominus Archiepiscopus dicit in iniuriam sui et sue ecclesie factum esse, debemus frater noster dominus Otto, Marchio Brandenburgensis et nos bona fide cum omni diligentia laborare, quod de locacione eiusdem ecclesie secundum uoluntatem domini Archiepiscopi omnia ordinentur et quidquid in hoc negotio in bona uoluntate predictorum canonicorum potuerimus obtinere, id finaliter attemptabimus et complebimus ante festum beati Martini proxime nunc venturum, nisi de bona uoluntate Archiepiscopi diutius protrahatur, et si infra predictum tempus prefati canonici, licet per nos fideliter moniti nequaquam uoluerint domini Archiepiscopi nec eciam nostre acquiescere uoluntati, tunc per dominum Archiepiscopum et nos immobiliter seruabitur, quidquid per nobiles viros Comitem Conradum de wernigerode ac dominum waltherum de Barbeye de locacione eorundem canonicorum pronunctiatum ac sententiatum fuerit iustum esse. Quod si contra nos pronunctiauerint in negotio sepedicto, tunc canonicos contra dominum Archiepiscopum nullatenus ulterius defendemus. Si uero contra dominum Archiepiscopum sententiauerint, dominus Archiepiscopus nec ipsos canonicos nec nos super predictis de cetero molestabit. Castrum Calue et Opidum cum suis attinentiis dominus Archiepiscopus fratribus nostris et nobis in iustum pheidum conferet et nos ab ipso idem recipiemus, sicut et alia bona, que nostri progenitores a Magdeburgensi ecclesia tenuerunt. Ut autem hoc dominus Archiepiscopus beniuole faciat ac gratanter, Nos Castrum Zorne cum suis pertinenciis et Castrum cupric cum suis attinenciis a Magd. Archiepiscopo in feodo recipiemus, cum primum idem Archiepiscopus, quod sibi conferantur a rege seu Imperatore, potuerit obtinere. Tunc enim in manus Regis resignabimus dicta bona. Venationem etiam ferarum apud Aldenhusen pro medietate dimitemus Archiepiscopo sepedicto, Ita tamen, quod dominus Archiepiscopus dominos de werberghe a predicta venatione amoueat Ita, quod ab omni impetitioni cessent penitus et quiescant. Feras ibidem dominus Archiepiscopus fouebit et defendet fideliter nec aliquem ibi venari permittet, nec etiam nos sine sua ac nostra beniuola uoluntate. Venacio eciam ferarum prope Parchen Castrum Archiepiscopi, ubi iam dominus Archiepiscopus feras nutriri facit, pro parte media nostra erit et ibidem nos similiter mittere debemus feras et ad nutriendum et defendendum easdem auxilium dicto Archiepiscopo, quod possumus, faciemus. Preterea procurabimus, quod Aduocatus noster in Spandow infra hinc et festum penthecostes talem quantitatem et numerum lignorum et eiusdem ualoris restituat domino Archiepiscopo secundum, quod eidem accepit et eadem sibi faciemus apud Plawe in villa wusterwiz presentari. De omnibus uero, que in terra Lubufana inter dominum Archiepiscopum et nos vertuntur, nominabit dominus Archiepiscopus ex suis hominibus, quos uoluerit, quibus ibidem committet sua negotia per-

tractanda ante festum beati Martini et nos modo simili faciemus, qui eandem terram intrabunt et omnia secundum, quod unquam possunt, amicabiliter terminabunt. Ipse etiam Archiepiscopus in omnibus nostris negociis fauorabiliter pertractabit nos, hec omnia firmiter seruare et terminare et nos pro fratre nostro, domino Ottone, et pro nobis in manus domini Archiepiscopi promissimus fide data et ipse in manus nostras promissit similiter fide data. Presentem etiam paginam in euidens testimonium predictorum conscribi fecimus et Sigilli nostri munimine roborari; fuerunt autem in hiis placitis presentes nobiles viri Comes Conradus de wernigerode, waltherus de Barbey, Burchardus, Camerarius Magd. ecclesie, Burghardus de Scraplôwe, Luthardus de Meynersem necnon Geuehardus de Aluenfleue; fidelis noster, Geuehardus, Prepositus in Soltwedel, et alii quam plures. Datum Aluenfleue, in vigilia beati Michaelis.

Aus dem Codex St. Mauritii im Herzogl. Landes-Archiv zu Bernburg f. 113. (Cop. IV a f. 122 im Kön. Prov.-Archive zu Magdeburg). Zu vergleichen oben S. XX, S. 188.

**XXI. Des Bischofs Heinrich von Brandenburg Ablaß für alle Wohlthäter der Kirche  
St. Bonifacii in Halberstadt, vom 15. Dezember 1273.**

Henricus, dei gracia Brandenburgensis ecclesie Episcopus, vniuersis cristi fidelibus hanc litteram auditoris salutem et eternam in domino Karitatem. Uniuersitati vestre notum esse volumus, quod nos propter deum et deuotas preces venerabilis patris volradi halberstadenfis Episcopi omnibus Benefactoribus ecclesie sancti Bonifacii eiusdem ciuitatis de misericordia domini nostri ihesu christi consili Quadraginta dies et Karenam de iniuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus. Datum Brandeburch, anno domini M° CC° LXXIII°, octauo X° Kal. Januarii.

Nach dem Original h. N. Stifts Bonifacii zu Halberstadt No. 49 im Königl. Prov.-Archive zu Magdeburg.

**XXII. Heinrich, Bischof von Brandenburg, genehmigt die Schenkung der Kirche Mordiz an  
das Lorenz-Kloster in Neustadt-Magdeburg, am 16. März 1275.**

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Amen. Henricus, permissione diuina brandenburgensis episcopus, Omnibus et singulis, ad quos presentes littere peruenerint, Salutem in eo, qui est omnium vera salus. Preces, que deuocionis tenorem continent, fiducialiter solent porrigi et nos libenter eas presertim, quantum in nobis est, studiis fauorabilibus promouemus. Sane illustres principes domini iohannes et Albertus, duces saxonie, nobis suis litteris intimarunt,

quod pia deuocione moti ecclesiam de morditz nostre dioecesis, in qua ius patronatus ad eos pertinuit ab antiquo, donauerunt et concesserunt liberaliter monasterio sancti laurencii in ciuitate magdeburgensi pro suorum remedio peccatorum cum omnibus libertatibus et proprietatibus pertinentibus ad eandem Supplicantes nichilominus deuote, quatenus donacionem huius ratihabicione condigna curaremus effectum mancipare. Nos itaque tam ipforum, quam eciam deuotarum eiusdem monasterii dominarum piis affectibus annuentes donacionem et concessionem prefatas tam ratihabicione consensus nostri, quam eciam presentis scripti robore communimus, volentes libenter in posterum ad obtinendum debite et plenarie firmitatis robur interponere partes nostras. Datum Anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXV<sup>o</sup>, XVII<sup>o</sup> Kalendas aprilis.

Aus dem Copialbuch des Lorenz-Klosters in Neustadt-Magdeburg f. 66.

XXIII. Des Bischofs Heinrich von Brandenburg Vertrag zwischen dem Lorenz-Kloster zu Magdeburg und Meinhard, Inhaber der Kirche zu Menz wegen der Hospital-Kirche bei Königsborn, vom 23. August 1275.

Henricus, dei gratia Brandenburgensis Episcopus, vniuersis prefens scriptum viris salutem in filio virginis gloriose. Varietates temporum et multitudo tractatum nostram infirmant memoriam, ideoque necesse est, ut adiuetur uoce testium et testimonio litterarum, si aliqua agimus, que debeat obliuio, recursus ad scripture testimonium habeatur, Notum igitur esse volumus et attestacione presentium publice protestamur, quod nos ad sopiendam controuersiam, que uertebatur inter conuentum beati laurencii in Magdeburg ex vna parte et Meinardum, rectorem ecclesie Mentiz ex altera super capella hospitalis apud Konigesborne propter bonum pacis diuifimus capellam Gubiz ab ecclesia pechow, ad quam spectabat tanquam ad eius matrem, accedente assensu Johannis plebani pechow, Meinardo curam animarum dicte capelle cum tribus villis adiacentibus scilicet Gubiz, willis et Ce bek lere contulimus cum singulis prouentibus, qui proueniunt ex eis intuitu ecclesiastici beneficii, quam diu vixerit in hac vita, postquam autem dictus Meinardus de medio fuerit sublatus, volumus et precipimus sub anathematis interminatione, ut ad ecclesiam pechow, cuius est filia, saluis omnibus prouentibus reuertatur. Ceterum prepositus, qui pro tempore fuerit ecclesie beati laurencii, dabit eidem Meinardo sacerdoti annis singulis chorum filiginis et hoc in die omnium sanctorum in restaurum XX solidorum, quos habuit in curia eadem in beneficium ad tempora vite sue. Ne vero in posterum super isto cuiquam hominum dubietas oriatur, presentem paginam conscribi fecimus et per manum nostri notarii, Hildebrandi, plebani in Klefic, sigilli nostri munimine roborari. Nomina testium, qui isti facto interfuerunt, sunt hec: Magister wolterus, plebanus in Segezere, Lodewicus, viceprepositus in berlin, Johannes, plebanus in pechow, alii quam plures. Datum Magdeburg, Anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXV<sup>o</sup>, X<sup>o</sup> Kalendas Septembris, pontificatus nostri anno XII<sup>o</sup>.

Nach dem Original h. N. Lorenz-Klosters zu Magdeburg No. 24 im Königl. Prov.-Archiv zu Magdeburg.

XXIV. Heinrich, Bischof von Brandenburg, gestattet dem Lorenz-Kloster in Neustadt-Magdeburg, in der Pfarrkirche zu Morditz einen Vikar zu bestellen, im Jahre 1275.

Hinricus, diuina miseracione brandenburgensis episcopus, Dilectis in virginis filio Sanctimonialibus monasterii laurencii dyocesis magdeburgensis et ciuitatis gaudium spirituale et salutem. Patri luminum prestamus obsequium et sui nominis procuramus augmentum, cum ipsum deuoto affectu colentibus sic benigno reddimur fauore propicii, ut eorum per nos beniuoli facilitate desideria compleantur. Hinc est, quod ecclesiam in morditz nostre dyocesis, cuius patronatus ius illustris princeps dominus Albertus, dux saxonie vobis tradidit, sicut suis litteris patefecit, vestre congregacioni donamus cum omni iure, quod nobis competit in eadem. Concedentes, ut in ea vicarium ydoneum statuatis et congruam ipsi sustentacionem de ipsius ecclesie prouentibus relinquatis ita ut iura hospitalitatis ipsum negligere non cogat necessitas aut egestas. Reliqua dictorum prouentuum liberum sit vobis de nostra permissione vestris bonis vobis applicare. In cuius rei certitudinem litteram presentem Sigilli nostri appensione duximus muniendam. Datum prizherue, Anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXV<sup>o</sup>, pontificatus nostri Anno XII<sup>o</sup>.

*Copialbuch des Lorenz-Klosters in Neustadt-Magdeburg f. 66 im R. Prov.-Archiv.*

XXV. Heinrich, Bischof von Brandenburg, bestimmt, daß die Conventualinnen im Lorenz-Kloster zu Neustadt-Magdeburg die Einkünfte aus Cicow, Grabow und andern zu Morditz eingepfarrten Derten, ausgenommen den Fleischzehnten, erheben sollen, im Jahre 1275.

Hinricus, diuina miseracione brandenburgensis episcopus, Dilectis in virginis filio Sanctimonialibus monasterii sancti laurencii dioecesis magdeburgensis et ciuitatis gaudium spirituale et salutem. Volentes, ut ea, que per nos nostris fiunt temporibus, nulla possit delere obliuio et ut perpetuam mandata litteris capiant firmitatem, de ecclesia in morditz, cuius patronatus ius illustris princeps dominus Albertus, dux saxonie, ecclesie vestre contulit, collato eciam vobis iure, quod nobis in eadem ecclesia competebat, sic est nostra auctoritate et beneplacito ordinatum, quod prouentus quinque villarum Cicowe, Grabowe, Cartowe, wentdorp, luzede ad eandem ecclesiam pertinencium excepta decima carniuum in eisdem sequestrauimus ac donacione libera vobis concedimus perpetuo possidendos. Reliqua vero omnia ad prefatam ecclesiam morditz spectancia ad sustentacionem congruam et ad hospitalitatis officium peragendum residenti in ea vicario relinquuntur. In cuius rei testimonium presentem litteram sigilli nostri munimine duximus roborandam. Huius autem rei et donacionis testes sunt magister richardus et dominus otto de brezzene, canonici ecclesie maioris in magdeburg, dominus theodericus de hartisdorp, magister io. de niendorp. Datum magdeburg, Anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXX<sup>o</sup> V<sup>o</sup>, pontificatus nostri anno XII<sup>o</sup>.

*Copialbuch des Lorenz-Klosters in Neustadt-Magdeburg f. 69.*

XXVI. Bernhard, Magdeburgscher Elect, incorporirt dem Lorenz-Kloster in Neustadt-Magdeburg die Pfarrkirche Beltz, am 20. Juni 1280.

In nomine domini Amen. Bernhardus, dei gracia sancte magdeburgensis ecclesie Electus, vniuersis presentibus et futuris in perpetuum. Sicut gradatim ascenditur et nemo repente fit summus, sic paulatim aliquociens indigenti succurritur, ut ab indigencia sua quis ex paruis subuencionibus releuetur. Spe consideracionis huius instructe dicite deo filie sanctimoniales monasterii sancti laurencii noue ciuitatis magdeb. Cisterciensis ordinis studentes paulisper augmento possessionis sue in opus quidem curationis, quam paciuntur in edie et habentes ad nos plenam de promotione sua fiduciam non solum de meritorum suorum exigencia, qua sunt bone, sed ex familiaritatis gracia, qua matri nostre magdeburgensi ecclesie ac nobis in domino sunt subiecte pro impetranda sibi parrochiali ecclesie in beltiz brandeburgensis dyocesis nos ac sanctum magdeburgense capitulum sollicitare humilibus saltem precationibus attemptarunt. Quarum deo placencium piis votis condescendere cupientes, earum precibus haut deesse possumus; necessitates dicti cenobii, si non habundanter hac vice competenter tamen respicere, ut in futurum possit habundare plenius, ex mera liberalitate compellimur et ex libera pietate. Igitur recognoscimus et tenore presencium publice protestamur, quod ob fauorem religionis ac intuitu diuine remuneracionis congregacioni sanctimonialium sancti laurencii magdeburgensis ius patronatus parrochialis ecclesie in beltiz, immo ipsam ecclesiam cum omnibus suis fructibus et vtilitatibus quibuscunque, prout possidebat eam sancta magdeburgensis ecclesia, accedente capituli nostri plenaria voluntate, per presentes tradimus et donamus in ius proprium, ut exinde dicta congregacio commodum eius ordinet et profectum prouiso, quod eandem parrochia diuino non fraudetur officio et cura animarum ibi nullatenus negligatur. Nec minus expediantur dyocesano ac loci huius archidiacono iura sua illisque semper hec maneant inconcussa. In huius donacionis nostre ac consensus capituli nostri euidentis testimonium presentem dedimus litteram sigillis nostro et nostre ecclesie roboratam. Datum magdeburg, Anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup>, XII Kal. iulii.

Copialbuch des Lorenz-Klosters in Neustadt-Magdeburg f. 63 u. 64.

Ob diese Patronatsverleihung sich auf Beltzig oder Beltiz bezog, wage ich nicht zu Gunsten des letztern Orts zu entscheiden, da der sorgfältige Abschreiber dieser Urkunde, Herr Archiv-Assistent Bedding in dem Copialbuche Beltiz liest. Indessen bezeichnen die Bestätigungen von 1308 und folgende den Pfarrort mit dem Namen Beltiz und in der That gehörte das Patronat über die Pfarrkirche zu Beltiz bis in die Reformationszeit dem St. Lorenz-Kloster zu Magdeburg.

XXVII. Gebhard, Bischof von Brandenburg, bestätigt die Uebertragung der Pfarrkirche in Beltz in das Lorenz-Kloster zu Neustadt-Magdeburg, am 22. Juni 1280.

Geuehardus, dei gracia brandeburgensis episcopus, vniuersis et singulis presentes litteras inspecturis Salutem in omnium saluatore. Cum testimonio sapientis non debeat perhiberi,

qui benefacit, quinimmo si valet benefacere, exemplariter quilibet adhortetur. Nos cum exultatione non modica intellecto, quod venerabilis deo et nobis dominus meus bernhardus, sancte magdeburgensis ecclesie Electus, et capitulum suum secundum quod in priuilegio sigillis ipsorum firmato perpeximus contineri, monasterio sancti laurencii in magdeburg de regula sancti benedicti, pro dampnis ipsarum sanctimonialium ac defectibus corporalibus ex tumultu gwerrarum perpessis multipliciter consolabiliter releuandis, ecclesiam in beltiz parrochiam de proprietate ipsius sancte magdeburgensis ecclesie in ius et proprietatem possidendam perpetuo donauerunt, ipsam donacionem sancte factam et prouide gratam gerimus et acceptam. Affectantes igitur et volentes, ut dicte christi ancille ex dono predicto aliquod emolumentum ex parte nostra sibi conueniens consequantur, quicquid auctoritatis, iuris ac beniuolencie conuenienter nobis competit seu decenter admittere, eisdem in ipsarum subsidium ac releuamen gratanter duximus concedendum prouiso in posterum, quod vicariis, quos nobis ac nostris successoribus ex parte prefati monasterii contigerit presentari, honeste et sufficienter prouideatur; ut autem hec nostra concessio intueri volentibus pateat in futurum, ipsam annotari presentibus et sigillo nostro fecimus communiri. Datum magdeburg, Anno domini millesimo CCLXXX, Tercio decimo Kal. iulii, pontificatus nostri Anno II°.

Copialbuch des Lorenz-Klosters zu Neustadt-Magdeburg f. 64 im Prov.-Archiv zu Magdeburg.

XXVIII. Magdeburgische Hofleute bitten den Rath und die Schöppen zu Jüterbock, ein Nonnen-Kloster in ihrer Stadt zu errichten, am 8. Januar 1282.

Richardus, dei gracia dapifer curie Magdeburgensis, Heino, miles, dicti de allewe, Hermannus de grabowe, Conradus de Beliz, Hildebrandus de Bertinsleue, Hildebrandus de owiffelde et Conradus, Marschaleus, Discretis viris schulteto, Consulibus et schabinis ciuitatis Juterbogk Quicquid possunt commodi et honoris. Cum venerabiles domini nostri Bernhardus electus et totum sancte Magdeburgensis ecclesie capitulum tractatu et deliberacione nobiscum habitis consensum suum adhibuerunt super eo, ut in ciuitate Juterbogk cenobium sanctimonialium construatur in loco, qui viro discreto domino henrico, preposito monasterii dominarum sancti laurencii Magdeburgensis, et vobis ad structuram huiusmodi videbitur expedire; Discrecionem vestram Rogamus omni studio, quo sufficimus, et diligentia, quanta valemus, Quatenus ob Reuerenciam Venerabilium dominorum nostrorum electi et capituli predictorum et ad nostram instantiam ad edificacionem cenobii supradicti pie deuocionis studio vna cum supradicto preposito taliter infistatis, ut exinde deum mereamini habere propiciam et ab hominibus merito commendari. Datum anno domini M° CC° LXXXII°, feria quarta post epiphaniam domini.

Aus dem Copiarum No. 32 Jüterbock p. 1 daselbst.

XXIX. Die Markgrafen Otto und Conrad verkaufen der Stadt Granzee Zoll und Markzins,  
am 9. Mai 1285.

Otto et Conradus d. g. Marchiones Brandenburgenses — ad uniuersorum noticiam deuenire cupimus — quod dilectis nobis in Cristo Burgenſibus in Granzoye, Thelonium cum cenſu forenſi pariter coniuncto, quod in ciuitate Granzoye hactenus habuimus, pro centum talentis denariorum Brandenburgensium libere vendidimus a dato preſenti perpetuis temporibus iure hereditario poſſidenda, ita quod in dicto thelonio pariter et in cenſu commodo nobis nihil iuris poterimus vendicare nec etiam ab abeuntibus nec ab inſtrantibus dicte ciuitatis thelonium debet aliquid extorqueri. Schultetus uero dicte ciuitatis tertium denarium in cenſu, utpote hucusque habuit, et non amplius obtinebit. Si uero Burgenſes prefate ciuitatis in dicta ciuitate macella, Budas ſiue ſtructurās habitabiles ratione lautioris cenſus conſtruere et edificare decreuerint, prefatus ſcultetus uſque ad conſummacionem earundem ſtructurarum in expenſis propriis et cum ſuis denariis et complete ſi plus tollere preſumpſerit pro parte tertia adiuuabit. — Teſtibus Reinhero de Bens, Tethardo de Wuſtrow, Ottone de Ellinghen, Burchardo de Cockſtede, Wilhelmo de Kerkow, militibus noſtris, Domino Wilhelmo, Prepoſito in Granzoye, Buſſone Marechallo, Raven, noſtris officialibus, et aliis etc. — Datum in uico Manſtorp, Anno domini MCCLXXXV per manum Bernardi, noſtre curie notarii, proxima quarta feria ante feſtum pentecoſtes.

Aus Seibel's handschr. Urk.-Sammlung des K. Geh. Staats-Archives.

XXX. Der Biſchof Heydenreich von Brandenburg verbindet die Kirche zu Pleſſow als Filial  
mit der zu Plotzin, im Jahre 1287.

Heydenricus, dei gratia epiſcopus Brandenburgensis, omnibus, ad quos preſens ſcriptum peruenit, ſalutem in domino ſempiternam. Ne ea, que aguntur in tempore, ſimul labantur cum tempore, conſuevit reuerenda antiquitas acta hominum ſcripti Teſtimonio perhennare. Hinc eſt, quod ad communem noticiam hominum cupimus deuenire, quod nos uſi conſilio peritorum et de conſenſu capituli Brand. eccleſiam Pleſſowe, que quondam eccleſie de villa Staregeſere nuno diſtruncte extitit filia, ſubiecimus et adunimus eccleſie in Plotſin, ita quod exnunc inantea ſit filia jam dicte eccleſie in Plotſin et is, qui pro tempore plebanus in predicta villa Plotzin extiterit, ſepredictam eccleſiam in Pleſſowe tanquam filiam officari per ſe uel per alium procurabit. In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus duximus apponendum. Datum Brandenburg, anno domini M° CC° LXXXVII°, pontificatus noſtri anno primo.

Aeuſere Aufſchrift:

Unio Heydenrici epiſcopi de eccleſia in Pleſſow ad eccleſiam in Plottzin.

Nach dem im Beſitze der Gollwitzer Gutsherrſchaft befindlichen Original vom Herrn Profeſſor Heſter mitgetheilt. (Der Abdruck Spitt. I, B. 8. S. 170 No. CXV. iſt nach einer fehlerhaften Copie geſchehen).

XXXI. Des Bischofs Heidenreich von Brandenburg Ablassbrief für das Prediger-Kloster in Halberstadt, vom Jahre 1288.

Heidenricus, dei gracia brandeburgensis Episcopus, Dilectis in christo priori ceterisque fratribus ordinis predicatorum in halberstad Salutem in domino sempiternam. Licet is, de cuius munere venit, ut sibi a suis fidelibus digne ac laudabiliter seruiatur, de habundancia pietatis sue, que merita supplicum excedit et uotis bene seruiantibus multo maiora retribuatur, quam valeant promereri, volentes tamen nichilominus populum domino reddere acceptabilem, christi fideles ad complacendum Sibi quibusdam quasi illectiuis muneribus, indulgentiis videlicet et remissionibus, inuitamus, ut exinde reddantur diuine gratie aptiores. Cupientes igitur, vt ecclesia vestra congruis honoribus frequentetur, omnibus uere contritis et confessis, qui ad ipsam in anniuersario dedicacionis et in festiuitatibus beate Marie virginis et beati dominici et beati petri Martiris et in festis patronorum uestrorum et per octauas dictarum solemnitatum reuerenter acceperint et qui vobis manum porrexerint adiutricem, XL dies et vnam Carenam de iniuncta Sibi penitencia misericorditer relaxamus et hoc sub ratihabitione venerabilis patris halberstadenfis episcopi. Datum anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXVIII.

Nach dem Original. Prediger-Kloster zu Halberstadt No. 42 im Königlichen Prov.-Archiv zu Magdeburg.

XXXII. Des Bischofs Heidenreich von Brandenburg Ablassbrief für das Kloster Huysburg, im Jahre 1288.

Heydenricus, dei gratia brandeburgensis ecclesie Episcopus, dilectis in christo abbati ceterisque fratribus ordinis sancti benedicti in huysborch Salutem in eo, qui est omnium vera salus. Licet is, de cuius munere venit etc. (wie in der vorigen Urk.) volentes igitur, ecclesiam uestram, que in honore gloriose virginis marie dinoscitur honorifice esse constructa, congruis honoribus frequentetur, omnibus uere contritis et confessis, qui ipsam in anniuersario dedicacionis, in festiuitatibus beate marie virginis et in quarta feria penthecostes reuerenter visitauerint, quadraginta dies et vnam karenam de injuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus sub ratihabitione venerabilis patris halberstadenfis episcopi. Datum anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXVIII<sup>o</sup>.

Aus dem Copiarium des Klosters Huysburg f. 70. (No. 108) daselbst.

XXXIII. Die Gebrüder Heinrich, Johann und Dietrich von Gronenberg schenken dem Kaland, der Kirche und dem Capitel zu Leitzkau das Patronat zu Gerden, am 26. April 1290.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Amen. Hynricus, Magdeburgensis ecclesie canonicus, Johannes, Miles, Theodericus, fratres dicti de Gronenberg, vniuersis presentibus et futuris in perpetuum. Prouida fuit deliberacione prouisum, vt ea, que rationabiliter statuuntur et ab auctoritate procedunt, Scriptis et testium Subscripcione roborentur, ne aut lapsu temporis a Memoria hominum euanescant aut veritatis processu per falsitatis simenta valeat inpugnari, Ideoque notum esse volumus vniuersis christi fidelibus Tam presentis temporis, quam futuri, Quod nos pro salute et remedio animarum nostrarum fratribus Kalendarum et per eos Ecclesie et capitulo in lezecca dedimus et perpetuo possidendum presentibus litteris donamus Jus patronatus Ecclesie in Gherdene et proprietatem Octo mansorum sitorum In pecz apud eandem villam Gherdene cum omnibus attinenciis et Juribus vniuersis in districtu eorundem bonorum contentis, nobis nichil omnino Juris reseruantes in Eisdem. Verum licet predictis fratribus Kalendarum Jus patronatus Ecclesie In Gherden libere dedimus propter deum; Ipsi tamen fratres pro octo mansorum proprietate predictorum nobis viginti Marcas Stendaliensis argenti dederunt et persoluerunt. Adiciamus igitur et testamur, Quod eo tenore et condicione huiusmodi donacionem, vendicionem fecimus fratribus Kalendarum et Ecclesie lizekenfi, Quod jus patronatus et vsus proprietatis octo mansorum predictorum remaneat plenarie apud fratres Kalendarum et ecclesie lizekenfi, quamdiu eadem fraternitas perdurabit; si vero aliquo casu, quod deus auertat, solemnitates huiusmodi fraternitatis Kalendarum cessare contingeret, Tunc jus patronatus ecclesie in Gherden et proprietas octo mansorum libere remanebunt penes Ecclesiam lizekensem. Cum autem Ecclesiam in Gherden vacare contigerit, decanus fraternitatis, qui pro tempore fuerit, ipsam conferet viro ydoneo de fratrum consilio et consensu, nec prepositus uel Capitulum lizekense plus juris in collacione ipsius Ecclesie, quam alius de confratribus sibi poterit vsurpare. Promisimus insuper fratribus Kalendarum et Capitulo lizekenfi pro omnibus nostris heredibus, quos nunc habemus et in posterum habituri sumus, quod dictam donacionem et vendicionem ratam habebunt et omni Juri et cuiuslibet Juris beneficio tam canonici, quam ciuilibus renunciabunt, Quod ipsis competit vel competere posset in locis supradictis: promittimus Eciam, quod si aliquis ex nobis tribus fratribus, antequam heredes nostri ad annos discrecionis perueniunt, decedere contingat, quod absit, alium fideiussorem ydoneum loco ipsius defuncti ponemus, Quo predicti fratres et Capitulum lizekenfis Ecclesie sint contenti et ad hec facienda nos presentibus obligamus. In quorum omnium euidentis testimonium eandem litteras pro nostra voluntate exinde confectas sigillorum nostrorum munimine roboramus et memoratis fratribus Kalendarum et Ecclesie litzkenfi dedimus ad cautelam. Ego quoque Theodericus, qui ad presens sigillo careo, cum illud habuero, presentibus apponam in testimonium predictorum. Nos vero fratres Kalendarum predictis fratribus tribus, videlicet Hinrico, Johanni et Theoderico, damus participacionem et communionem omnium bonorum, que in vigiliis, Missis, oracionibus ceterisque suffragiis in nostra fraternitate tam pro viuis, Quam pro defunctis, poterunt procurari, et eisdem in domino defunctis Memoriam ipsorum peragemus, Sicut fratrum nostrorum momorie agi solent. Testes huius rei sunt dominus Burchardus, Decanus Magd., Nopertus de Mannesuel, walterus de Arnesteyn, Otto de brevena, Hynricus de barbey, Canonici ecclesie Magd., luderus, viceplebanus in lowborch, Hynricus, viceplebanus in refegan, hey-

henricus de nigripp, Johannes de Bardeleue, Tylo, marschalcus, Tylo de hardedorpe, fredericus, burchgrauus de lowborch et alii quam plures fide digni. Datum Anno Domini Millefimo Ducentesimo Nonagesimo, Sexto Kalend. Mai.

Nach einer alten Abschrift, mit noch drei andern aus den Jahren 1301, 1303 und 1307 zusammengeschrieben, h. N. Leitzkau 1 im Kön. Prov.-Archiv zu Magdeburg.

XXXIV. Das Kloster Leitzkau verkauft den Zehnten in Clitzow an das Kloster unserer lieben Frauen in Magdeburg, am 26. Januar 1297.

Theodericus, dei gracia prior, Totusque conuentus Monasterii licekenfis diocesis Brandenburgensis, vniuersis et singulis has litteras visuris seu auditoris in filio virginis gloriose salutem. Ne rerum gestarum veritas subtrahatur et penitus obliuioni tradatur, necesse fuit, ipsam memoriis hominum scripto publice commendari. Propterea tenore presentium protestamur et coram quibuscumque personis veraciter profitemur, quod diuersis generibus paupertatum et precipue variis grauaminibus vsurarum coacti decimam, quam habemus et habuimus in villa, que Clytzoze nominatur, sicut eam dinoscimur haecenus habuisse et libere possedisse cum omni Jure tam in villa, quam in campis vendidimus et donauimus Honorabilibus viris domino Nicolao, preposito, Engelberto, priori, Totique conuentui Monasterii s. Marie ciuitatis Magd. perpetuo possidendam pro Quinquaginta marcis stendalensis argenti nobis iam persolutis et integre numeratis a discreto viro et honesto magistro Conrado medico, dicto de wardenberge nomine et vice monasterii S. M. superius memorati. Insuper eciam recognoscimus, quod resignauimus dictam decimam supradictis viris, scilicet preposito, priori et magistro Conrado memorato, quos misimus in corporalem possessionem decime ville Clitzowe memorate et promissimus eisdem, quod deberemus et teneremur eisdem in eadem decima sine contradictione et omni dampno iugiter defensare, renunciantes exceptioni pecunie superius nominate non habite, non persolute neque numerate, renunciantes nichilominus omni exceptioni doli mali, Juris canonici et ciuilibus siue cuiuscumque exceptioni, que possit contra presens Instrumentum Aliquo modo inueniri. Ceterum etiam renunciamus repetitioni decime prelibate per nos siue per personam aliam qualemcumque inductam, nos obligantes ad omnia et singula superius memorata et eos prepositos, priores pariter et conuentum, qui nostri pro tempore fuerint successores. Si autem prepositus et Conuentus Monasterii s. M. prefati dictam decimam vendere voluerint eandem nobis emendam primitus exhibebunt. Igitur ne alicui super premillis dubium oriatur, presentem paginam nostrorum sigillorum munimine duximus roborandam. Testes huius rei — sunt prouisores dicti Monasterii de letzke, scilicet Nicolaus de veteris, cellerarius, et Otto ridere, Otto randewici, dictus de noua ciuitate Magd. et hartwicus de lughe, milites. Testes eciam sunt Theodericus, moyses et Rodengerus, canonici Monasterii de letzke sepedicti. Item testes sunt dominus Geuehardus de lindowe, magister heidenricus, canonici majoris ecclesie Magdeb., Magister, hermannus de Sundersleue dictus, Item magister Johannes felix, hermannus teufe, canonici s. Nicolai in nouo

foro, et wernerus de Afchersleue et quam plures alii fide digni. Datum et actum Anno domini Millefimo ducentesimo nonagesimo septimo, In die policarpi episcopi et martiris.

Aus dem Copiario des Klosters unserer lieben Frauen in Magdeburg (S. 36) No. 59.

XXXV. Burchard, Erzbischof von Magdeburg, bekennet, daß er die Güter, die ihm Johann von Blotho resignirt, den Grafen Buffo und Ulrich von Lindow zu verleihen habe, sobald diese sich ihm persönlich stellen, am 24. November 1301.

Nos Borchardus, dei gratia sancte magdeburgensis Ecclesie archiepiscopus, Recognoscimus publice per presentes. Quod bona, que Johannes de plote senior in nostra constitutus presencia libere resignavit, sic contulimus Henningo de Bardeleue, Ottoni Randewici et Ottoni de Wulue, militibus ad manus nobilium virorum Buffonis et olrici, Comitum de Lindowe, quod eadem bona predictis nobilibus conferre debemus et debemus, cum iidem nobiles se nostro conspectui poterunt presentare, Exceptis tamen bonis, que filio quondam Johannis Junioris de plote contulimus iusto titulo pheodali. In cuius rei testimonium nostrum Siggillum presentibus est appensum. Datum magdeburg, anno domini MCCC primo, In vigilia beate Katherine virginis.

Nach einer alten Copie im Copiario No. 43 D. f. 3 im Königl. Prov.-Archiv zu Magdeburg.

XXXVI. Die Kalandsherrn zu Loburg schenken das Patronat zu Gerden mit 8 Hufen zu Pehz an das Kloster Leitzkau, im Jahre 1301.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Nos luderus, decanus, Henricus, Camerarius, Ceterique fratres Kalendarum Ecclesie Sancti laurencii in lowborch, vniuersis christi fidelibus presentes litteras inspecturis In vero salutari salutem. Que gerunter in tempore ex facili euanescent cum tempore et de gestis hominum eciam laudabilibus dura de facili emergit calumpnia, nisi causa memorie obliuio rerum per scripti memoriam auferatur. Sciat ergo presentis et futuri temporis posteritas, Quod nos maturo ac diligenti prehabito consilio cum communi consensu et vnanimi voluntate Ecclesie Sancte Marie Sanctique eleutherii in liczeka Jus patronatus Ecclesie sancti nicolai ville gherdene, quod ad nos pure donacionis Tytulo pervenerat, cum octo mansis sitis circa villam desolatam dictam pecz et proprietate eorundem, quibus annexum est seu adheret idem jus patronatus ecclesie predicte, quos in subsidium seu leuamen pauperum ac debiliu fratrum nostrorum seu comparacionem luminum apud nobiles viros ac dominos henricum, canonicum Maioris

ecclesie in magdeborch, Johannem et theodericum, fratres de grunenberge, pro viginti marcis steindaligenfis argenti comparauimus, libere ac pure offerimus propter deum et donamus eodem tytulo Juris, quo possedimus, perpetue possidendum. Ne ergo hanc donacionem nostram alicuius in posterum impediatur calumpnia, damus ei presentem paginam cum priuilegio nobis super hiis a predictis nobilibus presentato sub annotatione infracriptorum testium, sigillorum nostrorum cum appensione communitam. Testes huius rei sunt Conradus, plebanus in Scartowe, wolterus, plebanus in dyterfhaghen, Johannes, plebanus in tropene, boldewinus, plebanus in dorneborch, henricus, plebanus In lubicz, domini dominus otto de noua ciuitate Magdeborch, Dominus otto de borch, dominus hartwigus et alii quam plures fide digni. Datum anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> I.

Nach einer alten Copie, die mit den Urkunden von 1296, 1303 und 1307 zusammengeschrieben, im R. Prov.-Archiv zu Magdeburg beruht.

**XXXVII. Das Kloster Leitzkau vereignet den Kalandsbrüdern in Loburg 4 Wispel Kornrente aus Scicerwe, im Jahre 1301.**

Nos theodericus, dei gracia prepositus et archidiaconus, Otto prior totusque conuentus ecclesie lytzkenfis Recognoscimus et tenore presencium publice protestamur, Quod piam commemoracionem animarum fidelium defunctorum recolentes predilectis fratribus nostris Kalendarum ecclesie Sancti laurencii In louburch in subsidium pauperum et ad comparacionem luminum et piam recordacionem animarum fratrum Kalendarum defunctorum donamus libere ac pure propter deum quatuor choros Siliginis Cerwistenfis mensure In villa nostra Ceycerwe, Quoad ad Kaldas jam dicte ecclesie deuenerint, Sine quolibet Impedimento percipiendos seu libere possidendos. Si vero, quod absit, predictam villam nostram scycerwe deleri contingeret, predictam annonam In festo Sancti martini de promtuarie ecclesie nostre In curia nostra sub eadem mensura presentabimus eidem. Qua vero fraternitate Kalendarum destituta ecclesia nostra predicta prefatam annonam vt antea remoto cuiuslibet occasionis obstaculo libere possidebit. In Cuius rei testimonium damus eis presens scriptum Sub annotatione infracriptorum testium Sigillorum nostrorum cum appensione communitum. Testes huius donacionis sunt nostre: Conradus, plebanus in Scartowe, wolterus, plebanus in dythaghen, Johannes, plebanus In torpene, Boldewinns, plebanus In dorenborch, Hinricus, plebanus In lubitz, domini: dominus otto de noua ciuitate magdeburch, dominus otto de borch, dominus hartwigus de luge, miles, et alii quam plures fide digni; datum anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> I<sup>o</sup>. Nos vero fredricus, decanus ecclesie sancti bartholomei In cerwist, necnon hinricus, prepositus sanctimonialium In eadem ciuitate Cerwist recognoscimus, nos uidissa presentem litteram. Sigillis auctenticis, uidelicet capituli et domini theoderici, prepositi ecclesie lytzkenfis sigillatam et pro testimonio nostra Sigilla ad petitionem dictorum fratrum Kalendarum presenti pagine appendidisse. Actum et datum anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XXXIII<sup>o</sup> feria quarta post dyonisi, martiris inclit.

Aus einem, die Stadt Loburg zc. betreffenden, auf 16 Pergamentsblätter im 16. Jahrhunderte niebergegeschriebenen Copiale (55) f. 13 und 14 im Königl. Prov.-Archiv zu Magdeburg.

XXXVIII. Gerhard von Plotho befundet einen Vertrag mit dem Kloster Jericho über Wald-  
Nutzung in Mulkenberg und Rodan, am 4. Dezember 1302.

Nos Geuehardus, miles, dictus de plote, Recognoscimus in hiis scriptis, Quod inter nos et honorabiles viros prepositum et Conuentum In Jerichou ordinis premonstratenfis, talis factus et habitus est contractus, Ita, quod Ciues et sclauī in scholene possint secare ligna tantummodo competencia ad ignem in silua mulckenberge situata et limitata Et predicti religiosi e conuerso possint secare ligna quercina et figinea et omnia alia ligna competencia ad structuram et ad edificia in silua Rodane, Ita adiecta condicione, quod premissa placita, prout superius est expressum, per nos mutuo et vtrobique ad beneplacitum nostrum quocunq̄ tempore sine qualibet contradictione poterint reuocari, Confirmantes et ratificantes omnia priuilegia, litteras et contractus proprietatum et libertatum, donacionum et beneficiorum sub quacunque forma vel tenore per nostros progenitores dicte Ecclesie Jerichou concessa et Indulta In dei nomine in hiis scriptis fideliter cum omni deuocione approbantes.

Vt igitur hec nostra ordinacio et confirmacio stabilis et Inconuulsa permaneat, presentes litteras nostro sigillo dedimus muniendas; presentibus strenuis viris hinrico et conrado de lanchufen, henningo Rufo de verchlande, militibus, hinrico in Soolene, Conrado In malitz plebanis, et quam pluribus aliis fide dignis. Datum In Castro nostro Scolene, anno dominice Incarnacionis MCCCII, In die Barbare virginis et martiris gloriosissime, Indictione XII, Concurrente III, anno pontificatus domini Celestini pape III.

Aus dem Copiarium No. 32 Jericho p. 13 im Kbn. Prov.-Archiv zu Magdeburg.

XXXIX. Quittung des Collectors des Zehnten für das gelobte Land über den Empfang von  
852 Mark von dem Bischofe von Brandenburg und den Klöstern Michaelstein und Walbeck,  
vom 18. Juli 1303.

Nouerint Univerfi presentes litteras inspecturi, quod nos Gabriel, Plebanus de Val-  
lenetto, Pisane dioecesis, Collector decime legatarie et Obventionis cujuslibet Terre sancte depu-  
tatorum subsidio in Treverensi, Maguntinensi, Coloniensi, Bremenfi, Magdeburgenfi et saltzeburgenfi Pro-  
vinciis ac Babenbergensi et Caminenfi Civitatibus et dioecibus per sedem Apostolicam deputatus  
publice confitemur et Recognoscimus, quod post Exhibitionem mandati nostri factam Reverendo in  
Christo Patri ac Domino Hermanno, Halberstadenfi Ecclesie Episcopo, ceteris quoque  
prelatis et Clericis Ecclesiarum conventualium ejusdem Civitatis, Exactionem diligentem super  
Eodem Mandato nostro ab ipsis factam, habuimus et recepimus a venerando Patre et Domino D.  
Frederico, Electo Brandenburgensi et Honorabili viro D. Conrado, Abbate Monasterii  
Cisterciensis Ordinis in Lapide sancti Michaelis, de honesto viro Wernero de Wansleue, prepo-  
sito in Walbeke, Halberstadenfi dioecesis, Conservatoribus Decime constitutis ab Honorabili Viro

D. Gunthero, bone Memorie olim preposito Halberstadtensi in Civitate et Diocesi Halberst., dicte Decime Collectore, Octingentas quinquaginta duas marcas et III Fertones examinati argenti ponderis Halberst. recollectas ex Decima prediete Civitatis Halberst. per prepositum supradictum et D. Albertum Decanum ac magistrum Conradum, bone memorie Thesaurarium s. Bonifacii Halberst., de quibus nomine Domini propositi Romani Terre sancte et nostrorum habentes ad hoc plenum mandatum, prout ex forma litterarum nostrarum apparebat, Eisdem facimus finem et Quitationem perpetuam et pactum de ulterius non petendo et Eas Ecclesias Halberstad. ab Impetitione dictarum octingentarum quinquaginta duarum marcarum et III Fertorum Argenti nomine quoque superiorum imposterum absolvimus et liberamus. In cuius rei testimonium et Evidentiam futurorum sigillum nostrum vna cum sigillis Venerabilis in Christo patris Domini Johannis, Havelbergensis Episcopi, ac Honorabilium Virorum siffridi, Decani, Annonis, scholastici Majoris Ecclesie, Johannis de Dreinleve, Henrici de Valkenstein et Johannis, dicti Gotgemak, Canonicorum ejusdem Ecclesie, necnon Friderici, decani, Henrici, scholastici, Heidenrici, Thesaurarii Ecclesie sancte Marie, et Ludolffi, prepositi s. Johannis extra muros Halberst., et Conradi, Decani, Theoderici, Thesaurarii s. Bonifacii Halberst., qui presentationi prediete Pecunie nobis facte ac Quitacioni et Refutationi a nobis ipsis postmodum subsecute interfuerunt et hec Vocati specialiter et Rogati, presentibus sunt appensa. Actum et Datum Halberstad, supradictis presentibus et quam pluribus aliis fide dignis, Anno Domini 1303, 18. July, Pontificatus summi Patris et Domini D. Bonifacii, sacrosancte Romane Ecclesie summi pontificis, Anno 9<sup>no</sup> (nono).

Aus einem, die Stadt Halberstadt betreffenden Urkunden-Buch (III, Cop. No. 103), von neuerer Hand f. 332 im k. Prov.-Archiv zu Magdeburg.

**XL. Friedrich, Bischof von Brandenburg, confirmirt dem Lorenz-Kloster in Neustadt-Magdeburg das Patronat der Kirche in Morditz, am 22. September 1303.**

Fredericus, dei gracia brandenburgensis ecclesie a sede apostolica prouisus et confirmatus, vniuersis christi fidelibus presentes litteras inspecturis seu auditoris sinceram in domino Karitatem. Cum ea, que geruntur in tempore, ne simul cum ipso labantur tempore et facilius frequenti ab hominibus tradantur obliuioni, nisi scripturarum testimonio perhennentur prouide et consulte, hinc est, quod notum esse volumus omnibus presentes visuris presentibus et futuris, Quod cum illustris princeps dominus albertus, dux saxonie, ius patronatus parrochialis ecclesie in morditz, quod extunc ad ipsum pertinebat, sanctimonialibus monasterii beati laurencii noue ciuitatis magdeburgensis pro salute ipsius anime libere et racionabiliter donauerit, prout sue littere inde confecte edocent lucidius et exponunt, Nos pietate moti et pie circa sanctimoniales predictas agere cupientes huiusmodi donacionem ipsis factam presentibus in nomine domini confirmamus gratam et ratam in perpetuum habituri; preterea consideratis et inspectis notoriis ipsarum paupertatibus ac pluribus earum indigenciis ipsas vlteriori gracia prosequi volentes et fauore, prouentus prenotate ecclesie

mordiz de omnipotentis misericordia confisi auctoritate nostra sequestrauimus in hunc modum, Quod plebanus ecclesie mordiz, quem ipse nobis presentare pro collatione cure animarum tenentur, duos mansos, scilicet vnum situm in grabo, reliquum vero in mordiz decimamque solius ville mordiz tam in ipsa villa, quam in suis agris necnon decimam carniū omnium villarum ad ipsam ecclesiam mordiz pertinencium quiete et libere possidebit. Sanctimoniales vero prenominate decimam agrorum quinque villarum videlicet Nyzow, Grabowe, zokede, cartowe et wentdorp ad ipsam parrochiam mordiz tamquam filie pertinencium ceterosque prouentus excepta dumtaxat decima carniū prius dicta ad ipsarum paupertatem facilius extinguendam libere et perpetuo possidebunt expresso nostro consensu, ut premittitur, accedente. Testes huius facti sunt honorabiles viri domini otto et bernhardus de brezna, magd. canonici, Johannes, brandeburgensis, Theodericus, zezecensis prepositi et magister iohannes gruwelhoet et quam plures alii fide digni. Actum et Datum in zezek, Anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> tercio, in die beati mauricii et sociorum eius, apposito presentibus litteris sigillo nostro in verius testimonium predictorum.

Copialbuch des Lorenz-Klosters in Neustadt-Magdeburg f. 68 und 69 im K. Prov.-Archiv.

XLI. Friedrich, Bischof von Brandenburg, bestätigt die Schenkung der Kalandsherren zu Loburg über das Patronat zu Gerden und 8 Hufen zu Pez an das Kloster Leitzkau, am 27. October 1303.

Ffedericus, dei gratia Brandenburgensis ecclesie a sede apostolica prouisus et confirmatus, vniuersis christi fidelibus, quibus presens littera exhibita fuerit, salutem cum sincera in domino Karitate. Nouerint vniuersi presentes litteras inspecturi, Quod cum dominus ludcerus, decanus, cum omnium ac singulorum fratrum Kalendarum territorii loborch (hier muß eine Reihe übergangen sein) octo mansorum ville pecz in prepositum, priorem Totumque liezkenfis ecclesie capitulum transtulerunt siue eisdem racionabiliter donauerunt, provt ipsorum littere inde confecte plenius recitant et exponunt, nos auctoritate presencium ratihabentes in nomine domini confirmamus; in cuius confirmacionis testimonium presentes litteras nostri sigilli munimine consignatas eis duximus concedendas. Datum anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> tercio In vigilia symonis et Jude.

Nach einer alten Copie, mit den Urkunden von 1296, 1301 und 1307 zusammen abgeschrieben, h. K. Leitzkau No. 1. im Königl. Prov.-Archiv zu Magdeburg.

XLII. Des Bischofs Friedrich von Brandenburg Ablaß für das große Siechenhaus vor Halberstadt, vom 17. Juli 1304.

Fredericus, dei gracia Brandenburgensis ecclesie Episcopus, vniuersis christi fidelibus, quibus presens exhibebitur littera, Salutem in eo, qui est omnium vera salus. Quoniam, ut ait apostolus, omnes nos manifestari oportet ante tribunal christi reddituri de singulis rationem, que in presenti gestimus seculo, siue bona fuerint, siue mala; oportunum est, nos diem illum tremendum pia super afflictos gestantes viscera misericordie operibus preuenire nunc seminando terrena, ut exinde metentes celestia reddente domino fructum multiplicem tunc salubriter capiamus. Sane cum domui infirmorum extra muros ciuitatis halb. non suppetant ad sustentacionem eorundem proprie facultates, vniuersitatem vestram monemus, rogamus et in domino exhortamur vobis in remissionem peccaminum iniungentes, Quatinus eisdem infirmis flagello diuine correctionis in hoc seculo cefis manus vestras adiutrices porrigentes pia subsidia prebeatis. Nos enim de omnipotentis dei misericordia et beate Marie virginis beatorumque apostolorum petri et pauli suffragiis et nostra a deo nobis auctoritate data confisi omnibus vere penitentibus, contritis et confessis, que dicte domui aut infirmis inibi manentibus suas elargiti fuerint elemosinas aut qui ad capellam domus eiusdem in honore beate Katerine virginis fundatam in festis infra/cryptis, videlicet natiuitatis domini, Resurrectionis, ascensionis et penthecostes, in quatuor festiuitatibus beate virginis Marie, singulorum apostolorum Martini, Nycolai, pontificum, Katerine et Cecilie virginum, in die quoque omnium sanctorum et in commemoracione omnium animarum necnon in die dedicationis ipsius cappelle vel in anniuersario eiusdem diei et singulis diebus infra octauam et in octaua predictorum festorum causa deuocionis acceperint aut qui presbiterum cum deuocione et reuerentia corpus christi ad infirmum seu infirmos portantem fuerint insecuti Etiam quicumque Cymiterium ibidem cum oracionibus in remedium animarum, quarum corpora ibi sunt sepulta, circuierint, singulis diebus, quibus hoc fecerint, precipue in extremis laborantibus, qui facultatem suarum quicquam prefatis domui et infirmis legauerint, miserint uel mitti procurauerint, Quadraginta dies et vnam Karenam de iniunctis ipsis penitentiis misericorditer et in domino presentibus relaxamus, si dyocelani consensus acceperit et voluntas. Datum anno domini Millesimo CCC<sup>o</sup> quarto, Sedecimo Kal. augusti, pontificatus nostri anno primo.

Nach dem Original mit 1 Siegelfragment h. N. Siechenhof zu Halberstadt No. 36 im R. Pr.-Arch. zu Magdeburg.

XLIII. Des Bischofs Friedrich von Brandenburg Ablaß für alle, welche einem, den Leib Christi zu Kranken tragenden Priester der Marienkirche zu Halberstadt gläubig nachfolgen, vom 2. October 1304.

Nos fredericus, dei gracia Brandenburgensis ecclesie Episcopus, omnibus christi fidelibus vere penitentibus et contritis, qui sacerdotem quemcumque ecclesie sancte Marie halbersta-

denfis corpus christi ad infirmos portantem cum deuocione debita secuti fuerint, Quadraginta dies et vnam Carrenam de iniunctis sibi penitentiis de omnipotentis dei misericordia et beate Marie virginis eiusdem ecclesie patrone, beatorumque petri et pauli apostolorum eius meritis et suffragiis confidentes auctoritate presencium misericorditer et in domino relaxamus, dummodo dyocesani consensus ad id accefferit et voluntas. Datum anno domini millesimo CCC° quarto, Craftino beati Remigii, pontificatus nostri anno primo.

Nach dem Original h. N. Stift St. Maria zu Halberstadt No. 302 im Königl. Prov.-Archiv zu Magdeburg.

**XLIV. Markgraf Otto verzeignet dem Bischof von Brandenburg das Schloß Quersuri, am 10. Januar 1305.**

In Nomine domini Amen. Otto, dei gracia Brandenburg. et de landesberg marchio, vniuersis et singulis christi fidelibus presentes litteras Inspecturis, Salutem et noticiam futurorum. Cum hominis vita breuis, Tempus vero prolixum existat et per reuolucionem temporis ceca obliuio homini excludat memoriam, nisi ea, que cum maturo aguntur consilio et deliberacione prouida autentis litteris et sigillorum Impressionibus roorentur. Hinc est, quod nos attestacione presencium publice recognoscimus et in omnium et singulorum noticiam peruenire, quod de consensu vnanimi et bona voluntate dilecti fratris nostri hinrici, necnon charissimorum patruelium nostrorum Johannis et wolmari, de Brandenburg et de landesberg Marchionum, dedimus et donauimus, damus et donamus venerabili In christo patri domino ffriderico, Brandenburgensi Episcopo, et ecclesie sue prediacte proprietatem et Jus proprietatis Castrum et opidi In Quersurde cum terris et villis adjacentibus, Siluis, nemoribus, viis et Inuiis, Cultis et Incultis, pratis, pascuis molendinis et piscinis, Stagnis et paludibus cum aquarum decursibus et cum omnibus Seruiciis et Juribus vniuersis, que nobis racione dicte proprietatis et nostris heredibus seu successoribus quibuscunque possent et deberent quomodolibet prouenire In suorum progenitorum remedium animarum, Renuntiantes omni Juri ad vsus dicti domini Episcopi et sue Brandenburgensis ecclesie, quod nobis competit et hactenus competeat, promittentes eciam, quod possessionem uel quasi dicti Juris proprietatis eidem domino ffriderico nomine seu ecclesie assignabimus et trademus, prout de Jure tradenda fuerit seu eciam assignanda. Insuper promittimus factores et procuratores, quod Conradus, patruelis noster charissimus, marchio Brandenburgensis, dictam donacionem ratam et gratam habebit et eidem consentiet viua voce et suis patentibus litteris confirmabit. In huius autem donacionis nostre euidenciam pleniorum Nos Otto predictus, Nos autem Hinricus, Johannes et wolmarus, In nostri consensus euidens testimonium presentem paginam de nostra certa scientia conscriptam eidem domino Episcopo et sue Ecclesie tradimus Sigillorum nostrorum munimine roboratam Appositis Testibus, quorum nomina subsequuntur: nobiles viri Dominus Albertus, Comes de Annholtt, Dominus Hinricus, magnopolensis, Dominus Guntzellinus, Comes de Swerin, Dominus Johannes, Comes de Guffchzo, Dominus Conradus de wardenberg,

prepositus in witzstock, Hinricus de Aluensleue, Johannes de Buck, Nicolaus de Buck, dapifer, Hardegunus de Bardeleue, milites et quam pluribus aliis fide dignis. Datum In lownberg, anno domini Millesimo tricentesimo quinto, dominica In excelso trono.

Aus dem Manuale des Domkapitels zu Magdeburg de 1489—1513 (Copiarium No. 55) f. 100.

XLV. Das Domkapitel in Magdeburg verkauft Schloß Grabow an den Bischof von Brandenburg, im Jahre 1306.

Bernhardus prepositus, Gotfridus decanus dei gracia, totumque Capitulum Ecclesie Magdeburgensis vniuersis presentia visuris seu auditoris Salutem et ad noticiam futurorum. Cum hominis vita breuis etc. — Hinc est, quod nos attestacione presentium publice recognoscimus et In omnium et singulorum volumus presentium et futurorum noticiam deuenire, quod nos indicto ad hoc Capitulo et vocatis omnibus, qui fuerunt vocandi, habito tractatu inter nos et discretorum prouido consilio de communi consensu et vnanimi et bona voluntate nostrorum omnium et omnium, quorum interest, vendidimus, dedimus et donauimus Venerabili In cristo patri et domino Frederico, Brandenburgensi Episcopo, et Ecclesie sue Brandenburgensi Castrum et opidum Grabow cum omni Jure et proprietate Castrum cum vtili dominio et directo et omnium In posterum cum terris et villis adiacentibus, scilicet Bultzin, Stresen, Cufule, Peffetes, Rodekendorp, Magnum Grabow et paruum Subbekendorp, Kame, paruum Stegelitz, Ikenendorp, wormeliz, Sreptz, Putzpul, zubyer, Konre cum Jure patronatus ac molendinis Infracriptis, videlicet molendinum In Bultzim, molendinum In magna wulffhagen, molendinum In Berbem, molendinum In parua Grabow, molendinum, quod frater Johannes edificauit, molendinum In wuften, molendinum, quod dicitur Rore, molendinum In Nuhil, molendinum In Cufule et molendinum, quod dicitur wiremollen, Siluis, lignis, nemoribus, venationibus, viis et Inuis, cultis et Incultis, pratis, pascuis, piscariis, stagnis, paludibus, aquis aquarumque decursibus, cum omnibus seruitiis, Jurisdictionibus et Juribus vniuersis, quocunque nomine censeantur, Et eodem Jure, sicut Ecclesia dudum possedit nostra et possidet, Renuntiantes exnunc omni actioni, defensionis et exceptioni cuiuslibet contra Ipsum et Ecclesiam Brandenburgensem super Impetitione Castrum memorati, que nobis competunt et Imposterum competere videbuntur, pro mille marcis stendaliensis argenti magdeburgensis ponderis, quam pecuniam ad vsus confirmationis et consecrationis ac petitionis ac receptionis pallii expensarum faciendarum a nobili ac honorabili viro domino Henrico de Anhalt, nostre Ecclesie In patrem et dominum Archiepiscopum a nobis concorditer electum, conuertimus, cum alia nobis sibi succurrendi via non extitit nec Inuenire commodius Ecclesie nostre poterimus. Quam etiam pecuniam et Integraliter ab ipso numeratam recepimus et ponderatam, prout nobis et Ecclesie nostre videbatur plenius expedire, de qua Ipsum et Ecclesiam suam liberam et solutum et quitum reddimus Ipsum et suam Ecclesiam presentibus et quitamus. In huius autem nostre venditionis, donationis et translationis confirmacionem et euidenciam pleniorum, Et ne dictus noster contractus Infirmari valeat et Infringi, nos in nostri consensus euidens

testimonium nos presentem paginam de nostro Jussu speciali et certa scientia conscriptam Eidem domino Episcopo et Ecclesie sue tradimus et sigillorum nostrorum munimine roboratam appositis testibus, qui dicto contractui affuerunt, quorum nomina subsequuntur, Scilicet Illustris princeps dominus Bernhardus, Comes de Anholtt, dominus walterus de Arnstein, dominus Geuehrardus de Quernuorde, Canonici Ecclesie nostre, dominus Arnoldus de Luttere, Scolasticus Ecclesie Sancti Nicolai In Nouo foro Magdeburg., dominus Hinricus de plotzke, dominus Bernhardus de Nigrip, dominus Hermannus de Indagine, dominus Conradus de Belitz, Johannes de Bardeleue, Johannes dictus Burggrauus, Milites, et alii tam clerici, quam laici fide digni. Actum et Datum Magdeburg, anno domini Millefimo tricentesimo sexto, In Epiphania domini.

Copiarum No. 21 f. 156 des Königl. Prov.-Archivs zu Magdeburg.

**XLVI. Heinrich, Erzbischof von Magdeburg, bestätigt dem Stifte zu Brandenburg den Besitz des Schlosses Grabow, am 17. Februar 1307.**

Hinricus, dei gracia Sancte Magdeburgensis Ecclesie Archiepiscopus, vniuersis et singulis tam presentibus, quam futuris hoc presens nostrum scriptum visuris et auditoris Salutem In eo, qui est omnium vera salus. Ne ea, que fiunt In tempore, simul labantur cum tempore, Expediit, vt in scripta publica redigantur. Notum Igitur esse volumus per presentes nostras litteras omnibus et singulis et In noticiam tam presentium quam futurorum peruenire, Quod nos litteras honorabilium virorum dominorum Bernardi prepositi, Gotfridi decani totiusque Capituli nostre Ecclesie Magdeburgensis vidimus, perlegimus et audiuius non cancellatas, non abolitas, non suspectas nec In aliqua sui parte vitiatas, sed ex vero et Integro prefati Capituli Sigillo manu mauricii desuper depicta sigillatas, Quarum tenor erat talis: Bernhardus prepositus, Gotfridus decanus dei gracia totumque Capitulum Ecclesie Magdeburgensis etc. Nos Igitur prudenter et diligenter omnibus et singulis supradictis examinatis Inuenimus tam fideliter quam legaliter et vtiliter rei facta et verba, prout omnia et singula superius narrantur, sine aliqua nota et macula reprehensionis esse vera, Ideoque cum omnia et singula supradicta tam fauorabiliter quam canonicè pro nobis et Ecclesia nostra concepta sint et acta exigente iusticia per presentes nostras litteras, quemadmodum per prefatos dominos prepositum, decanum et Capitulum acta sunt, prout premittitur, venditionem, donationem et translationem prefati Castri Grabow et aliorum suprapositorum Innuamus et renouamus, gratificamus, ratificamus confirmando cum appensione et munimine nostri Sigilli roboramus. Actum et Datum Magdeburg, Anno domini CCC septimo, XIII Calendas Martii.

Copiale No. 21 f. 157 im Königl. Prov.-Archiv zu Magdeburg.

**XLVII. Der Bischof und das Domkapitel in Brandenburg erneuern die Incorporation der Kirchen in Mordiz und Beliz in das Lorenz-Kloster zu Neustadt-Magdeburg, am 27. Mai 1308.**

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Fredericus, dei gracia brandeburgensis ecclesie episcopus, Johannes prepositus, waltherus prior totumque capitulum eiusdem vniuersis et singulis tam presentibus, quam futuris salutem in eo, qui est omnium vera salus. Grati-  
tudo nunquam pulcrius —, nisi cum gracia munificencia in profectus extenditur deuotorum iuxta quod ipsorum merita postulant et requirunt. Qua sane consideracione inducti notum fieri volumus vniuersis presentibus et futuris, quod cum ius patronatus ecclesiarum in opido beliz (sic!) et in villa mordiz nostre brandeburgensis dyoecesis ad religiosas in christo filias sanctimoniales monasterii sancti laurencii noue ciuitatis magdeburgensis et specialiter ad abbatissam, que pro tempore fuerit, eiusdem monasterii dinoscatur pertinere, in quo fere nichil commodi huc vsque\*) dictum monasterium aliquibus laudum titulis decorari, prefatas ecclesias in opido beliz et villa mordiz cum omnibus et singulis redditibus et prouentibus, fructibus, mansis, agris cultis et incultis, cum omni iure et proprietate, sicut hactenus dicte ecclesie possederant, predicto monasterio et ecclesie sancti laurencii per presentes annectimus et incorporamus, ut quandocunque, quocienscunque prefatas ecclesias vacare contigerit aut rectoribus caruerint per mortem seu resignacionem coniunctim uel diuisim prefate abbatissa et sanctimoniales aut ipsarum certus procurator habeant cum omnibus et singulis supradictis et que ad dictas ecclesias dinoscuntur pertinere disponendi et ordinandi liberam facultatem a facient pro ipsarum velle et vtilitate fructus suos, sic tamen, ut presentato seu presentatis suo tempore tantum dimittatur et assignetur in parrochia seu parrochiis, quod commode ibidem valeant sustentari. Ne igitur beneficium, sicut premititur gratanter factum fiat nobis et ecclesie brandeburgensi inutile et dampnosum in omnibus premissis, prout narrata sunt et narrantur, iura episcopalia ac prepositi eiusdem loci in vniuersis et singulis, sicut in cathedratico et synodatico suo tempore dandis et prestandis non obstantibus et preiudicantibus premissis nobis retinemus semper salua ad hec subsidium generale uel speciale, cum in ipsa nostra dyoeceli fieri contingat secundam estimacionem predictarum ecclesiarum retinemus. In omnium premissorum robor et testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Actum et datum brandeburch sub annis domini millesimo CCC<sup>o</sup> octauo, VI<sup>o</sup> Kal. iunii.

Copialbuch des Lorenz-Klosters in Neustadt-Magdeburg f. 67 und 68 im Königl. Prov.-Archiv zu Magdeburg.

\*) Wahrscheinlich eine Lücke.

**XLVIII. Markgräflische Bestätigung für das deutsche Ordenshaus St. Kunigundis vor Halle über 40 Acker Holz in Gemelo, vom 30. August 1308.**

Nos dei gracia Marchio Brand. et de land. vniuersis presentia audientibus uel visuris recognoscimus ac publice protestamur, quod cum consensu heredum nostrorum, quorum consensus merito fuerat requirendus, dedimus proprietatem in XL Jugeribus siluestrisque, quod in vulgo dicitur He-

melo, fratribus religiosis de Theutonica domo apud sanctam Conigundim prope hallis per resignationem nostrorum vasellorum Hinrici et Lippoldi fratribus (sic!) de almenhusen perpetuo possidendam. Vt hec premissa rata permaneant et inconuulsa, Sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Huius rei testes sunt plebanus dominus Nicolaus in Friburch, Henricus de Salczinghen et alii quam plures fide digni. Datum in Sangerhuffen, anno domini M° CCC° VIII, III Kal. Septembris.

Aus dem, mit dem Copiarium des Klosters Stutterlingenburg zusammengebundenen, früher in Berlin aufbewahrten Copiarium des Klosters Neuwerk bei Halle (No. 60) f. 43 im Königl. Prov.-Archiv zu Magdeburg.

XLIX. Pappst Clemens V. giebt den Bischöfen von Brandenburg, Merseburg und Hildesheim auf, die wegen des Verfahrens gegen die Tempelherren von dem Halberstädter Bischofe gegen den Erzbischof von Magdeburg ausgesprochene Excommunication rückgängig zu machen, am 4. December 1310.

Clemens Episcopus, Seruus Seruorum dei, venerabilibus fratribus Brandenburgensi, merseburgensi et hildesemensi Episcopis Salutem et apostolicam benedictionem. Licet cunctis fidelibus tanquam vniuersalis pastor eorum teneamur quietis commoda procurare, tamen vt prelati Ecclesiarum pacis vbertate letentur, subductis quorumlibet molestiis grauaminum ab eisdem, eo libencius ministerium impendimus apostolice seruitutis, quo ipsis in quietis tranquillitate sedentibus facultas adeest prestancior, animas lucrifacere saluatori. Significauit liquidem nobis venerabilis frater noster Burchardus, archiepiscopus magdeburgensis, quod nos sibi dudum apud Sedem apostolicam constituto tam viue vocis oraculo, quam per nostras sub certa forma litteras dedimus in mandatis, vt omnes Templarios diocesis et domini suorum et alios, qui reperirentur in eis ipforumque bona mobilia et Immobilia per ydoneas personas omni precipue quo ad bona ipsa suspitione carentes meliori modo, quo fieri posset, capi faceret vno die, personas quoque ipforum, quousque aliud scriberemus, eidem nostro et Sedis apostolice nomine in locis tutis sub fide custodia detineri, dictaque bona mobilia et Immobilia aliquibus bonis personis, de quibus non esset verisimile, quod in hiis vel similibus aliquam fraudem committere vellent, nostro nomine fideliter conferuanda, donec per nos in hac parte esset aliter ordinatum, faceret commendari, demum vero dictus archiepiscopus mandatis nostris obediens reuerenter fratrem Fridericum, magistrum Templariorum ipforum in alania et quosdam alios ipsius ordinis Templariorum fratres, in curiis siue domibus Wichmannistorp ac Rolstede et Jerdingesdorp halberstadenensis diocesis infra dominium Ecclesie magdeburgensis consistentibus capi fecit iuxta mandatum nostrum huiusmodi vno die ipsosque in loco tuto sub fida custodia detineri et bona ipforum mobilia in Curiis predictis inuenta et curias ipsas personis ydoneis, prout potuit, commisit nostro nomine conferuanda fideliter, donec per nos de ipsis foret aliter ordinatum, propter que prefatus archiepiscopus ab aliis Templariis de Regno alanie supradicto ipforumque consanguineis et amicis in personis et rebus grauia dampna sustinuit et propter hoc multiplicia subiit onera expensarum. Cumque postmodum nos venerabilibus

fratribus nostris maguntinensi, Colonensi, Treurenfi et eidem magdeburgenfi archiepiscopis curam, gubernationem, administrationem et regimen omnium et singulorum prioratum, hospitalium, domorum, Grangiarum et locorum ordinis supradicti, que ad manus eorum aut alterius seu aliorum deputandi vel deputandorum ab ipsis quouis modo peruenire contingeret et illorum eciam, que per violenciam vel alias maliciose detinerentur ab aliis, quorum eidem archiepiscopis vel deputando seu deputandis ab eis, vt predicatur, restitucio negaretur conscribi fideliter ac particulariter et distincte cum diligencia debita et per Instrumenta publica vel sub sigillis autenticis inuentaria fieri procurarent, illa Camere nostre, similibus penes se retentis, quam cicius possent comode transmissuri. Idem archiepiscopus maguntinensis receptis nostris litteris supradictis, quamuis ex forma litterarum ipsarum ei non competeret, verum personarum et ordinis predictorum custodiam in spiritualibus et temporalibus eidem collegis suis minime requisitis Immo ipsarum litterarum Copia eidem Treurenfi et magdeburgenfi archiepiscopis nequaquam exhibita suis commisit Suffraganeis pro sue libito voluntatis et subsequenter venerabilis frater noster halberstadenfis Episcopus, Suffraganeus dicti archiepiscopi maguntinensis eidem magdeburgenfi archiepiscopo et illis, quibus per ipsum archiepiscopum magdeburgensem bona mobilia in Curiis inuenta predictis ipseque Curie nomine nostro fuerant commendata, per litteras suas dicte commissionis virtute mandauit, vt infra certum terminum in eidem suis litteris annotatum sibi custodienda et conseruanda per ipsum restituere procurarent, in eundem archiepiscopum magdeburgensem et alios supradictos, si huiusmodi suis non parerent in hac parte mandatis, de facto excommunicationis sententia promulgata ac locis, in quibus bona consistebant predicta, subiectis Ecclesiastico interdicto Et licet pro parte dicti archiepiscopi magdeburgensis fuisset a mandatis et sentenciis supradictis quamuis nulla fuerint, ipso iure ad Sedem apostolicam infra Triduum ex causis legitimis appellatum; Idem tamen halberstadenfis Episcopus huiusmodi appellatione contempta dictum archiepiscopum magdeburgensem per diocesim halberstadensem excommunicatum publice nuntiavit. Cum Itaque nostre intentionis non fuerit, per commissionem huiusmodi dictis maguntinensi, Colonensi, Treurenfi et magdeburgenfi archiepiscopis, vt predicatur, factam, commissionem factam per nos specialiter tam verbo, quam litteris, vt premititur, dicto magdeburgenfi archiepiscopo reuocare, predictas sentencias per eundem Episcopum halberstadensem contra ipsum magdeburgensem archiepiscopum et alios supradictos premissorum occasione prolatas et quicquid ex eis secutum est, inania et Irrita apostolica auctoritate decreuimus ac nullam habere roboris firmitatem. Quacirca fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus vos et vestrum quilibet communiter vel diuisim per vos vel alios predictas sentencias per dictum Episcopum halberstadensem contra eundem archiepiscopum magdeburgensem et predictos alios occasione huiusmodi promulgatas et quicquid ex eis secutum est, per omnia loca, in quibus expedire videretis, denunciatis auctoritate nostra inania et Irrita et nullius existere firmitatis et faciatis, tam ab eodem Episcopo halberstadenfi, quam ab aliis nunciari, Inhibentes districtius prefato Episcopo et quibuslibet aliis, ne huiusmodi commissionis pretextu vel quacunque occasione alia premissorum contra prefatum archiepiscopum magdeburgensem et alios prelibatos presumant procedere quoquomodo Non obstantibus si prefato Episcopo vel quibuscunque aliis a prefata sede indultum existat, quod excommunicari, suspendi vel interdicti non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, Contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo. Datum auinion, II Nonas Decembris, pontificatus nostri anno Sexto.

Aus einem Copiarium miscellaneum (No. 31) No. 30g im Königl. Prov.-Archiv zu Magdeburg.

L. Des Klosters Leitzkau Fraternitätsbrief für das Kapitel zu Quedlinburg,  
vom 23. September 1311.

Inclite domine . . . abbatisse . . . preposite . . . Decane necnon totique collegio ecclesie sancti Seruatii in Quedelicheborch, Johannes, prepositus et archidiaconus, H. prior totusque conuentus ecclesie lyzekenfis orationem in filio virginis gloriose. Quum omnes morimur et quasi aque non reuertentes dilabimur ita quod non possumus eos, qui nobis positi sunt, terminos preterire. Ideo secundum apostolicum documentum necesse habemus, nos tamquam fraternitatis amatores mutuis orationibus preuenire, vt pariter in odore vngentorum domini currentes aquas veri gaudii indefinenter hauriamus de fontibus saluatoris. Cum igitur exigente pie deuotionis affectu, quem ad monasterium nostrum percepimus vos habere, petitionem vestram benigno et hylari recipientes assensu, Damus vobis plenam fraternitatem et plenariam participationem omnium honorum, que fiunt et de cetero domino cooperante in Monasterio nostro fient, in vita nostra pariter et in morte, In missis, In vigiliis, In ieiuniis, elemosinis et orationibus et aliis bonis operibus et quando dies obitus Sororum vestrarum nobis intimatus fuerit, XXX<sup>ta</sup> missas in conuentu celebrabimus et in speciali missas, psalteria et alias orationis pro eis, quemadmodum pro omnibus nostram fraternitatem habentibus facere consueuimus, faciemus integre et complete, quod similiter nobis et nostris apud vos fieri petimus et optamus. Ut autem hec donatio a nobis et posteris nostris Inviolabiliter teneatur, presens scriptum super eo confectum nostro et nostri conuentus sigillis firmiter est munitum. Datum anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XI<sup>o</sup>, In sequenti die beati Mauricii.

Nach dem Original im Königl. Preb.-Archive zu Magdeburg.

LI. Markgraf Johann genehmigt den Verkauf von Reberg an das Kloster Jericho,  
am 12. September 1313.

Ad memoriam rei geste sempiternam. Ne ea, que aguntur in tempore, simul cum fluxu temporis dilabantur, expedit, eadem, prout ordinauit sapientium industria, firmo litterarum testimonio perhennari, vt sic perhennata posterorum noticie deferantur. Hinc est, Quod nos Johannes, dei gracia Brandenburgensis, misnensis et Lusacie marchio, perpendentes, quantum boni et lucri prodeat in vita eterna, ex hiis, que diuino cultui exhibentur, ob nostram salutem et in remissionem peccaminum nostrorum progenitorum dedimus, damus, donauimus et liberaliter per prefencium seriem litterarum donamus Ecclesie beate marie virginis gloriose in Jericho et eiusdem pastoribus, videlicet honorabili viro wernerio, eiusdem Ecclesie preposito ceterisque dominis ipsius Ecclesie eorumque successoribus vniuersis proprietatem ville Reberge, quam Idem dominus prepositus wernerus erga famosum virum dominum Conradum de Krakow, militem, de pleno consensu omnium suorum canonicorum debito et consueto emptionis contractu pro vtilitate dicte Ecclesie sibi credite comparauit cum omnibus suis attinenciis, scilicet agris, cultis et incultis, lignis,

aquis, pratis, pascuis ac aliis vtilitatibus vniuersis ex nunc et perpetuis temporibus absque omni seruitio communi seu priuato et absque omni exactione, precarie seu preangarie solito proprietatis titulo possidendam, pro qua proprietate a nobis data Idem dominus prepositus nobis octoginta marcas Brandenburgensis monete et ponderis nobis dedit ac plenius persoluit. Sic itaque mittimus per presentes eundem dominum prepositum ceterosque dominos ipsius Canonicos in possessionem dicte ville, Renunciantes simpliciter eciam omnibus Juribus, actionibus, Jurisdictioni et proprietati, que nobis in dicta villa hactenus competebant. Addicimus eciam, si Idem dominus prepositus et sui Canonici molendina in ipsa villa vel infra metas terminorum dicte ville attinencium construere vulerint, hoc oportune sibi et suis concanonice licebit. Et ne huiusmodi nostra donacio per nos rite facta queat a nostris heredibus aut successoribus in posterum aliquo modo violari, presentes litteras de nostro iussu et certa sciencia super eo editas in premisse donacionis euidentis testimonium et robur perpetuo valituum, presentibus testibus Idoneis hinrico et frederico de aluenfleue, fratribus, hinrico Schenken, lodewico de wantzleue, droysekone, dapifero, militibus, domino Johanne, preposito de Sehufen, Bertoldo de dobrun, hermanno de arneborch, nostro protonotario et aliis pluribus fide dignis, dedimus nostri Sigilli munimine roboratas. Datum in Werbelino, anno domini millesimo trecentesimo XIII, quarta feria Infra octauas beate marie virginis gloriose.

Aus dem Copiarium No. 32 Zeriße p. 11—13 im Königl. Prov.-Archiv zu Magdeburg.

## LII. Das Kloster Leitzkau überweist Renten einem seiner Mönche, am 27. Juli 1314.

In Nomine domini Amen. Quum omnia facta hominum per diurnam successionem temporis euanescent, vtili compertum est cautela et necessarie procuratum, vt super donacionibus proprietatum instrumenta conficiantur auctentica, Quibus, cum oportunum fuerit, questio tollatur dubii et mera veritas comprobetur. Proinde nos Johannes, dei gracia prepositus lytzkenfis, totumque capitulum eiusdem ecclesie Notum esse volumus tam presentibus, quam futuris, Quod de vnanimi consensu Indicto ad hoc capitulo vendidimus et donauimus fratribus Kalendarum, ad quorum confraternitatem nos pertinemus, ad altare In honore Beati Johannis Ewangeliste et Sancti Nicolai consecratum In nostra ecclesia, vbi singulis diebus missa dicitur pro salute fratrum viuorum et defunctorum, tria talenta denariorum In lytzka datuorum, Qui dabuntur In locis et terminis infrascriptis, Scilicet de duabus vineis, sitis iuxta opidum litzka, Quarum vna vocatur domini camerarii Et alia domini Geronis de wluen, de Qualibet In festo Beati Martini X solidi, Et in eodem opido de tribus curiis, Quarum due site sunt iuxta cimiterium et vna, que dicitur Crutgarde, que in festo beati Nicolai I talentum erogabunt, videlicet de duabus curiis IIII solidos Et de ea, que dicitur crutgarde, VI solidos, Item In festo Beati Johannis baptiste In decitz villa X solidi et in villa Quast X solidi dabuntur, Eo modo et iure, quo ipsos possidemus et recepimus, dicto altari perpetuo appropriantes. Qui quidem denarii decano fratrum Kalendarum in temporibus prenotatis presententur Et ab eodem decano singulis ebdomadibus dominis nostris dictum altare officiantibus dicti denarii diuidentur Ita, ut anno finito numerus denariorum finiatur: Et si in vna ebdomada

deficeret, quod denarios dictos non daret aut forte non haberet, tunc In viciniore termino cum sepe dictos denarios procurare poterit, tam neglectos, quam tunc dandos ministrabit. Vt autem nostre vendicionis et donacionis actio Imperpetuum stabilis perseveret, presens scriptum Sigillo nostro nostrique capituli fecimus roborari. Acta sunt hec presentibus hiis Domino hinrico, plebano In lubenitz, decano fratrum Kalendarum, et magistro vlrico, decano collegii Sancti Bartolomei In Cerwist, Et magistro Henrico, canonico ibidem, Et domino Johanne, plebano sancti nicolai ibidem, et aliis quam pluribus fide dignis. Datum In monte lytzka, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XIII, sexto Kalendas Augusti.

Copiale No. 53 f. 12—13 des Königl. Prov.-Archivs zu Magdeburg.

LIII. Johann Gruelhut beschenkt die Petricapelle zu Brandenburg, behufs ihrer Herstellung, am 2. Dezember 1314.

Ad notitiam omnium quorum nosse interest et intererit in futurum cupimus devenire, quod honorabilis Dns. Johannes dictus Gruelhut, Magd. Ecclesie Canonicus, pium et devotum circa capellam antiquam Beati Petri Principis Apostolorum sitam juxta Cathedralem Ecclesiam Brandenburgensem gestans affectum, ad reformationem eiusdem Capelle, quam vidit sicut et nos vidimus adeo dirutam quondam et desolatam, quod nullo frequentaretur fidelium accessu, nec divina officia ibidem unquam agerentur, devotius cogitavit, sed attendens, quod absque temporalibus spiritualia subsistere nequeunt, In remedium anime sue ac animarum patris sui Theodorici militis et Facye matris sue omniumque progenitorum et heredum suorum, quorum Rectores huiusmodi Capelle Ecclesiasticis suffragiis memoriam habere teneantur, Et vt anniversarius Reverendi felicis recollectionis Dni. Volradi, predecessoris olim Brandenburgensis Episcopi, cum vigiliis et missa in choro per canonicos Ecclesie Brandenburgensis et pitantie huiusdem Canonicis de infra scriptis facienda singulis annis perpetuo solemniter peragatur, quatuor choros filiginis de bonis suis Clebelock, liberam solus habens rerum suarum administrationem, in dotem et pro dote, etiam consentiente fratre suo Burchardo, milite dicto Gruelhut, cum duobus filiis suis Johanne, scilicet et Alberto, coram nobis cum sicut a nobis et ab Ecclesia nostra tenuit, donavit, tradidit et assignavit et resignavit ad usum et commodum dicte Capelle ac Rectorum eius libere perpetuis temporibus possidendos etc. Datum Brandenburg, ab Incarnatione Domini MCCCXIII, IV Non. Dec.

Aus Beckmann's Abschrift.

## LIV. Markgraf Ludwig bestätigt Neustadt-Eberswalde, am 28. September 1324. 171

Ludovicus, dei gracia Brandenburgensis et Lufatie Marchio, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavarie, Sacri Imperii Archicamerarius, fidelibus et dilectis Vasallis suis et . . . Consulibus in Ewerswolde gratiam suam et omnem bonitatem. Quod uniuersa vestra jura, libertates antiquas et approbatas consuetudines literas et Privilegia, quibus ab antecessoribus nostris quondam Marchionibus Brand. estis muniti et prediti, intacta et illesa servabimus in totum et in parte, quodque eadem vobis in quantum poterimus rationabiliter augmentabimus, promittimus fideliter per presentes, Super eo quandocunque requisiti fuerimus vobis patentes nostras literas concessuri. In cujus testimonium nostro sigillo munitum uestre Sinceritati transmifimus presens scriptum. Datum Berlin, Anno domini M° CCC° XXIII°, Vigilia Sancti Michaelis.

Aus Beckmann's Abschrift.

## LV. Markgraf Ludwig bestätigt die Stadt Kremmen, am 20. November 1324.

Ludovicus, Dei gracia Marchie et Lufacie Marchio, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavarie, Sacri Imperii Archicamerarius, fidelibus suis et subditis Consulibus et Univerlitati Burgenfium in Cremmen, gratiam suam et omne bonum. Communia vestra jura, Libertates, Proprietates, Possessiones, Dotationes et gratias, atque approbatas Consuetudines, quibus a nostris antecessoribus, Marchionibus Brandenburgensibus muniti et adornati estis ac donati, approbamus, ratificamus et presentis pagine Patrocinio solenniter confirmamus, in cujus rei testimonium nostrum Sigillum presentibus est appensum. Testes vero hujus rei sunt: Spectabilis Vir Dominus Guntherus, Comes de Lindow, Honoratus Vir Dominus Segerus, Prepositus Stendaliensis, nec non Hermannus de Lucho, cum aliis fide dignis. Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc nostram Paginam infringere, vel ei temere contraire. Si quis vero hoc attentaverit, a nostro favore se noverit elongandum. Datum Reppin, Anno Domini MCCCXXIII, feria tertia post diem St. Elifabethe in nostra presentia.

Aus einer Copie in Beckmann's Papieren. Die Urkunde dürfte in ihrer vorliegenden Fassung schwerlich echt sein oder wenigstens in der Abschrift durch Auslassungen und falsche Lesung sehr verstümmelt sein, indem z. B. im Titel des Markgrafen statt Brandenburgensis: Marchie, in der Bezeichnung des Rathes statt dilectis: et subditis gelesen wurde.

LVI. Ludwig, Bischof von Brandenburg, confirmirt dem Kaland in Loburg Renten in Leitzkau, die demselben vom Kloster überlassen sind, am 26. Januar 1332.

Nos ludewicus, dei gracia Brandenburgensis Ecclesie Episcopus, donacionem quatuor chororum Siliginis Cerwiltensis mensure decano ceterisque Kalendarum fratribus In louborch per prepositum ceterosque Canonicos ecclesie lytzkensis ad ipsorum fratrum Kalendarum luminaria ac eorundem alia necessaria pure et propter deum factam et per felicitis memorie domini fredericum, Quondam Brandeburgensis ecclesie episcopum, nostrum predecessorem, ratificatam et confirmatam, Insuper et vendicionem et donacionem trium talentorum denariorum In lytzka datiuorum ad altare Sancti Johannis ewangeliste In ecclesia lytzka annuatim deputatorum per predictos prepositum et canonicos ecclesie lytzkensis eisdem fratribus Kalendarum factas ratificamus et presentibus In domino confirmamus, Mandantes In virtute Sancte obedientie preposito et Canonicis Supradictis, Quod iuxta continenciam litterarum suarum super hiis confectarum dictam annonam et denarios prefatis fratribus Kalendarum annis singulis sine diminucione persoluant, alioquin contra ipsos per censuram ecclesiasticam, Si necesse fuerit, procedemus. Datum plothk, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XXXII<sup>o</sup>, venite adoremus.

Copiale No. 53 f. 14—15 des Magdeburger Prov.-Archivs.

LVII. Das Kloster Leitzkau vereignet dem Kaland zu Loburg Renten aus Gerden unter Bestätigung des Bischofs Ludwig von Brandenburg, vom 13. October 1332.

In Nomine domini amen. Henricus, dei gracia prepositus et archidiaconus, Otto prior totumque capitulum ecclesie lytzkensis vniuersis christi fidelibus, quorum interest et fuerit opportunum, Salutem In eo, Qui est omnium vera salus. Cum nos fratres Kalendarum nostrarum Karytatiue promouere et prosequi eorum vtilitatem de iure debeamus, propter quod ipsis fratribus Kalendarum Quatuor choros Siliginis Cerwiltensis mensure de pensa ecclesie In gherden per ipsius ecclesie plebanum dandos annis singulis In festo beati Martini episcopi, duos choros de predictis quatuor In ciuitate Cerwilt Kamerariis dictarum Kalendarum et residuos duos choros eisdem In dote ecclesie prefate In Gherden aut In dote ecclesie parrochialis In lytzke, vbi dictis Kamerariis magis expediens fuerit, presentandos, donamus libere et pure propter (deum), ad comparacionem luminum Seu vtilitatem et piam recordacionem fratrum Kalendarum defunctorum, Quum diu dicte Kalende durauerint, Sine quolibet impedimento percipiendos ac libere possidendos, In recompensam ac restaurum quatuor chororum Siliginis, Quos Ipsi fratres prius habuerant In nostra Scycerwe Seu de promptuario nostro. Insuper Si dicta ecclesia In gerden ad statum peruenerit meliorem, possunt predicti fratres Kalendarum ex ipsa fructum extunc percipere amplioem. Sed, quod abit, Si eadem ecclesia ad statum peruenerit deterioem, debent et pre tacti fratres dampnum rationabilem tollerare, Et predictos fratres ad extorquendos dictos quatuor

choros debemus cum diligencia promouere. Preterea Si rector minus prouidus in pretacta ecclesia gherden resideret, Qui non daret rationabiliter et decenter supradictis fratribus choros memoratos, ex eo nos ipsum rectorem amouere et alium ydoneum instituere in eadem ecclesia debemus. Vt igitur huiusmodi nostra donacio rationabiliter facta cum omnibus premisis firma perpetue perseveret, presens scriptum desuper confectum Reuerendi In christo patris et domini, domini ludewici, Brandenburgensis ecclesie episcopi, et nostris sigillis procurauimus roborari. Nos quoque ludewicus, dei gracia Episcopus iam dictus, omnia premissa grata et rata habentes presentibus in domino firmiter confirmamus, Sigillum nostrum ad petitionem predictorum dominorum presentibus pariter apponentes. Testes eciam huius rei sunt honorabiles viri domini Otto prior, Johannes de Cerwift et nicolaus de mokerne, Canonici ecclesie lytzke, Johannes, plebanus ecclesie Sancti nicolai In Cerwift, Johannes de louborch, Rosa, plebanus In roffenhaym, et plures alii fide digni. Actum et Datum Cerwift, anno domini M° CCC° XXXII° III° Idus octobris.

*Copiale No. 53 f. 15—16 im Königl. Prov.-Archive zu Magdeburg.*

**LVIII. Markgraf Ludwig vereignet dem Glenden-Altar in der Pfarrkirche zu Strausberg 3 Wispel Mühlenpacht und 24 Schillinge Hufenzins, am 9. Februar 1335.**

Nouerint uniuersi ac singuli, tenorem presentium inspecturi, Quod nos Ludovicus, Dei gratia Brandenburgensis ac Lusatie Marchio, Comes palatinus Rheni, Dux Bauarie, Sacrique Romani Imperii Archicamerarius, et ob augmentum diuini cultus ac salutem nostram nostrorumque progenitorum, vendidimus pro certa pecunie summa, in promptu nobis soluta, ac dedimus proprietatem et libertatem trium cororum filiginis, que vulgariter dicitur Lehenpacht ex molendino sito in loco, qui dicitur im Gehege, prope civitatem Straufzberg, cum viginti quatuor solidis Brandenburgensibus de manforum censu Strausberge de octo mansis, a possidentibus et tenentibus molendinum et mansos, annis singulis absque omni impedimento iuris vel facti perpetuis temporibus ministro Altaris Exulum in honore Sancti Johannis Evangeliste in parrochiali ecclesia civitatis predictae consecratum integraliter solvendorum; renunciantes simpliciter pro nobis et nostris heredibus et successoribus vniversis nunc et in perpetuum omni iuri ac seruitio, que nobis et nostris successoribus in dictis tribus coris et viginti quatuor solidis manforum census competebant, aut possent competere in futurum. Singula vero premissa volumus firma, rata et inuolata haberi, teneri et obseruari, nec contraveniri per nos vel alium aliqua ingenii ratione causa de jure vel facto. Ad predictum vero altare Johannis civis in Straufzberg, dictus de Niegenhawe ac sui filii cum filiorum filiiis quoad vixerint personam idoneam presentabunt; quibus decessis plebanus ibidem dicto altari in ministro perpetui vicarii per presentationem seu suum capellanum ad officium specialiter deputatum fideliter providebit. In cuius rei testimonium presentes conscribi, sigillique nostro ap-pensi munimine iussimus communiri. Testes vero huius sunt strenui milites Henricus de Ysol-tzriedt, Marschalcus, Alemannus de Jetzenberg, Camere nostre Magister, Henningus de

Buch, Bethingnus de Veltbergk, et honestus vir Dominus Gervinus, Prepositus Bernowensis, et alii quam plures fide digni. Datum Spandow, Anno Domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> trigesimo quinto, in octava purificationis beate Virginis.

Nach einer Abschrift des Freiherrn von Sachwitz „aus einem neueren Copialbuche“.

LIX. Markgraf Ludwig genehmigt die Errichtung eines Klosters Augustiner-Ordens zu Alt-Landsberg und schenkt den Platz dazu, am 30. Juni 1335.

Nouerint vniuersi tenorem presencium inspecturi, Quod nos Ludowicus, dei gracia Brandenburgensis et Lusacie marchio, Comes palatinus Reni, dux Bauarie Sacrique Romani Imperii Archicamerarius pio zelo diuinaque consideracione moti matura deliberacione prehabita ad requiescenciam eciam et instantem ciuium ciuitatis nostre Landisberg antique instanciam ob iugemque Illustrium principum marchionum Brandenburgensium predecessorum nostrorum, nostre posterorumque nostrorum animarum salutem perpetuam damus, appropriamus, donauimus et appropriauimus aream siue locum nobis pertinentem in ciuitate predicta situm Religiosis uiris fratribus et seruis sancte marie ordinis sancti Augustini et in ipsa area siue loco omni impedimento semoto monasterium ob diuini numinis honorem et reuerenciam edificandi siue construendi damus et concedimus, quantum in nobis est, liberam facultatem. In cuius rei testimonium presentes conscribi sigillique nostri appensi munimine iussimus communiri. Datum Berlin, Anno domini millesimo trecentesimo tricesimo quinto, in crastino petri et pauli apostolorum beatorum.

Nach dem Original im Stadtarchiue.

LX. Ludwig, Bischof von Brandenburg, bestätigt einem Altar in der Marien-Kapelle zu Zerbst Besitzungen in Groß-Lubas, am 8. September 1336.

In Nomine domini amen. Ne ea, que aguntur in tempore, simul cum lapsu temporis euanescant, Restat, vt scripturarum testimonio ac firmitate testium roborentur. Nos igitur ludewicus, dei gratia Brandenburgensis ecclesie Episcopus, Recognoscimus et ad vniuersorum tam presencium, quam futurorum noticiam cupimus deuenire, Quod ad laudem et gloriam omnipotentis dei et gloriose virginis marie, pie deuocioni discretorum virorum dominorum Johannis de louburch et aliorum fratrum Kalendarum In Cerwift Succurrere cupientes, de vnanimi consensu et expressa voluntate honorabilium virorum dominorum Theoderici prepositi, wilhelmi prioris, ac tocius nostre ecclesie capituli, ad dotacionem altaris Capelle Beate marie virginis, Site in ecclesia

Sancti Bartholomei In Cerwift pro salute anime nostre, progenitorum ac predecessorum nostrorum dedimus, donauimus presentibus et donamus proprietatem duarum curiarum cum dimidia sita In villa magna lubas et trium manforum minus vno quartali Sitorum in pago dicte ville et sex curiarum Kotzatorum cum omni iure soluencium annis singulis viginti duos modios tritici, duos modios ordeï et vnum auene, Item alterum dimidium chorum auene maioris mensure, Triginta solidos magdeburgensium denariorum minus sex denariis Et duodecim pullos. Quas curias, manfos, annonam, denarios — Idem dominus Johannes antedictus pro remedio anime sue eo modo, quo ipse et Buffo gruelhut, prefata bona hactenus possiderunt, ad dotacionem dicti altaris procurauit annecti cum omnibus suis libertatibus racionabiliter et apponi. Nos eciam ob salutem anime et nostre ac progenitorum nostrorum vnum chorum Siliginis Situm in villa Mecteren prefato altari cum omni Jure et proprietate damus et concedimus de consensu nostri capituli presentibus et donamus Ita, quod rector sepedicti altaris, qui pro tempore fuerit, prefatos redditus tam In villa lubas, quam in villa Mecteren annis singulis percipiet et perpetuis temporibus pacifice possidebit. Vt autem hec nostra donacio et concessio rata futuris temporibus permanet (sic!) et illesa, presentem litteram appensione nostri et nostri capituli Sigilli de nostra certa Sciencia fecimus communiri. Nos vero theodricus prepositus, wilhelmus prior, Totumque capitulum eccesie Brandenburgensis predictæ In euidentiam dicti nostri consensu Sigillum nostri capituli de certa Sciencia nostrorum omnium presentibus duximus apponendum. Testes huius donacionis sunt honorabiles viri domini Hinricus, prepositus ecclesie litzkenfis, Hermannus de wederden, Conradus de indagine, canonici ecclesie magdeburgensis, Conradus de Krakow et de Konnyngesmarke, canonici ecclesie brandenburgensis, Hinricus, plebanus in Nyenborch, Johannes, plebanus in mokerne Et quam plures alii fide digni. Datum Brandenburg, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XXXVI, In die Natiuitatis Beate marie virginis.

*Originalbuch No. 53 f. 6—7 im Magdeburger Prov. Archiv.*

LXI. Die Markgrafen Ludwig und Stephan versichern die Stadt Brieg, bei ihren Rechten gelassen zu werden, am 9. September 1338.

Univerfis et Singulis presentium Inspecturis. Nos Ludovicus et Stephanus, Fratres, Dei gracia Brandenburg et Lusatie Marchiones, Comites Palatini Reni, Duces Bavarie, Sacrique Romani Imperii Archicamerarii, volumus esse notum quod promissimus et promittimus presentium per tenorem, Nos velle admittere fideles nobis dilectos Civitatis nostre Wryzna Cives, Milites et Militares eandem Civitatem circum sedentes nostros ibidem existentes et eorum Successores omni juri, quo apud nostros predecessores fruebantur ab antiquo debere commanere ipsum quidem inesse solitum quodcunque fuerit non euacuando, non diminuendo, predictis etiam nomine nostrorum Fratrum Singulorum pollicentes, ut rata Servare in eorum absentia et dum ad Marchiam eos venire contingat promittere debeant prenarrata. In cuius rei Testimonium nostra Sigilla presentibus sunt

apposita. Datum Eberswalde, Anno Domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XXXVIII<sup>o</sup>, Feria quinta post nativitatem Beate Marie virginis.

Aus Beckmann's handschriftlichem Nachlasse.

LXII. Vertrag des Pfarres in Belitz mit dem Lorenz-Kloster in Neustadt-Magdeburg über rückständige Incorporations-Gebühren, vom 16. April 1339.

Omnibus, quorum interest et interesse poterit in futurum, clare pateat litteras per presentes, Quot ego Johannes, plebanus in belitz, super lite, que vertebatur inter venerandam dominam meam, dominam abbatissam et conuentum sanctimonialium sancti laurencii in noua ciuitate magdeburg ex vna et me parte ex altera super ecclesia mea parrochiali predicta, que cum omnibus iuribus, fructibus et pertinenciis eisdem rationabiliter est incorporata, ipsis videlicet domine mee et conuentui concordanter reformatus sum et amicabiliter et eorum gratiam plenarie sum adeptus et profecutus In hunc modum videlicet, quod pro XXIII<sup>or</sup> marcis, quas domina mea et conuentus de tribus annis transactis, videlicet quolibet anno octo marcis stendalgenfis argenti a me racione incorporacionis ipsius ecclesie pecierint, ipsis perfolui et tradidi III<sup>or</sup> marcas dicti argenti et ipsis perfolutis dimiserunt me in predictis in XXIII<sup>or</sup> marcis quitum et solutum. Item domina mea et conuentus predicti graciose mecum super incorporacione dicte ecclesie mee concordarunt et pensionem, quam ipsis singulis annis perfoluere debuissim de ipsa ecclesia mea, inspicientes defectum in bonis meis et penuriam mitigarunt Ita videlicet singulis annis, quamdiu vixero et habeam parrochiam predictam, ipsis debeam et perfoluere quolibet festo pasce terciam dimidiam sexagenam grossorum et totidem singulis festis beati michaelis, quod me astrinxi facturum et perstringo me per presentes, dictos grossos perfoluere in terminis supradictis eisdem aut in fauore et gracia viuere eorundem sub pena excommunicacionis late sententie domini officialis curie magdeburgensis et domini officialis curie brandeburgensis, mei ordinarii, quod si negligens extiterim causa legitima non obstante in perfolucione dictorum grossorum, ut predicitur, dictas sentencias excommunicacionum incurram ipso facto. Actum presentibus discretis viris domino preposito dicti conuentus, domino Gerharo, dicto herteshals, presbytero, hinrico de helmestad, clerico et aliis fide dignis. Datum anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XXXIX<sup>o</sup>, feria sexta post dominicam Misericordia domini.

Copialbuch des Lorenz-Klosters in Neustadt-Magdeburg f. 50 im Königl. Prov.-Archiv zu Magdeburg.

LXIII. Des Bischofs Ludwig von Brandenburg Bestätigung der Incorporation der in seine Diözese gehörigen Pfarrkirche zu Loburg in eins der vom Erzbischof Otto neuerrichteten Sectoral-Canonicate bei der Domkirche zu Magdeburg, am 13. Januar 1341.

Lodewicus, dei gratia Brandenburgensis Ecclesie Episcopus, Vniuersis christi fidelibus tam presentibus, quam futuris Salutem et sinceram in domino Karitatem, petitio venerabilis in christo patris et domini Ottonis, sancte Magdeburgensis Ecclesie Archiepiscopi, nostri amici sinceri, nobis oblata continebat, qualiter Ecclesia sua propter defectum ministrorum in diuino cultu diu grauem perpessa fuisset et sustineret defectum; vnde frequens in eadem Ecclesia et Ciuitate turbatio nascebatur et scandalum in populo in diuinam non immerito propter hoc formidabat vltionem. Quibus ipse pastoralis sollicitudine maturius occurrere desiderans diuersis tractatibus et deliberatione competenti prehabitis cum consilio et consensu honorabilium virorum prepositi, decani et Capituli sue Ecclesie Magdeburgensis quoddam prebendas pro dyaconibus et Subdyaconibus, Canonicis ad easdem eligendis de nouo fundauit et instituit ipsisque parrochiales Ecclesias incorporatas eidem Capitulo incorporandas decreuit, Inter quas parrochiam Ecclesiam in loburch, nostre dyocesis incorporatam dicto Capitulo, cuius presentatio ad eundem dominum Archiepiscopum pertinet et dispositio, prebende dyaconali, quam Honorabilis vir Johannes de Rysne, Canonicus Ecclesie Magdeburgensis possidet, incorporandam deputauit Ita, quod vicarius perpetuus instituat in eadem, qui curam recipiet et exerceat animarum Cuique competens sustentatio iuxta decetiam sui status reseruetur, prout in litteris super hiis confectis latius dicitur contineri. Nos igitur suis iustis desideriis et petitionibus pro incorporatione et vnione huiusmodi beneficiorum nobis oblati benigno concurrentes affectu et vtilitate ac necessitate prefate Ecclesie diligenter pensatis habitoque sapientum consilio cum voluntate et consensu Honorabilium virorum prepositi, prioris et Capituli nostri Brandenburgensis et prepositi litzkenis Ecclesiarum, Archidyaconi dicti loci, in dei nomine dictam Ecclesiam in loburch auctoritate nostra ordinaria dicte prebende incorporamus et vnimus cum omnibus fructibus, redditibus et Juribus ac pertinentiis suis pleno Jure sub hac forma, quod Canonicus prebendam dyaconalem habens predictam duodecim marcas argenti Stendaliensis, Magdeburgensis ponderis uel equiualentis, singulis annis percipiet, quas vicarius perpetuus eiusdem Ecclesie sibi in duobus terminis anni scilicet Martini et walburgis, ministrabit et persoluet. Idem vero perpetuus vicarius, qui inuestiri debeat et curam recipiet et exercebit animarum, quotiens oportum fuerit, residuos fructus, oblationis, redditus et obuentiones supradicte Ecclesie pacifice percipiet et possidebit pro oneribus cure supportandis et seruitiis, subsidiis uel decimis et aliis expensis consuetis et debitis faciendis et soluendis. Quem quidem vicarium predictus Canonicus, quotiens Ecclesiam vacare contingeret, presentabit, prout per dictos dominum Archiepiscopum et Capitulum suum statutum existit et ordinatum, per hanc quidem incorporationem et vnionem nobis et nostris successoribus ac archidyacono loci et aliis, quorum interest, in suis Juribus, priuilegiis et libertatibus nolumus nec intendimus quouis modo derogari. In quorum testimonium et munimen presentes litteras conscribi et nostro ac Capituli nostri et prepositi litzkenis predictorum sigillis fecimus figillari. Et nos Tidericus, dei gratia prepositus, wilkinus, prior, et Capitulum Brandenburgensis et Hinricus, dei gratia prepositus litzkenis Ecclesiarum predicti nostra sigilla in signum nostri consensu presentibus litteris duximus apponenda. Datum anno domini Millesimo Trecentesimo Quadragesimo primo, ipso die octauo Epiphanie.

Nach dem Original mit drei anhängenden beschädigten Siegeln h. N. Erzstifts Magdeburg XIX, 25 im königlichen Prov.-Archiv zu Magdeburg.

LXIV. Ludwig, Bischof von Brandenburg, schenkt dem Altar in der Marienkirche des Kalands zu Herbst Gebungen aus Bitterhe und Gegin, am 9. October 1341.

In Nomine domini Amen. Cum non solum curam temporalem, verum eciam piam memoriam teneamur gerere animarum et diem futuri Iudicii crebis meditacionibus preuenire; Ea propter Nos ludewicus, dei gracia Brandenburgensis ecclesie Episcopus ad noticiam omnium fidelium nunc viuencium et futurorum deducimus per presentes, Quod de vnanimi consensu et bona voluntate tocius nostri capituli ob remedium anime nostre salubre, predecessorum et progenitorum nostrorum iugem memoriam, appropriauimus et presentibus appropriamus altari Capelle gloriose virginis marie In ecclesia Sancti Bartholomei apostoli in Cerwift fratrum Kalendarum Ibidem vnum chorum Siliginis in opido nostro Kotzin de vno manso, quem nunc colit quidam opidanus ibidem dictus grubbe, dandum annis singulis In festo Sancti martini confessoris, Quem famosi famuli Kracht et Tyle, fratres dicti de thümen, a nobis et nostra ecclesia in pheudo tenuerunt, Item duo talenta denariorum brandeburgencium de quibusdam areis sitis in opido nostro pritzzerwe, XV solidos eorundem denariorum de nauigio ibidem, quod nunc tenet ghereke Kemerere, et quinque solidos eorundem de duobus ghurgustis, que dicuntur were prope Ipsum opidum, Que nunc peyne went et quidam dictus Stoyzeker, opidani Ibidem, pro nunc possident, annis singulis in prescripto festo Beati martini persoluenda, Que eciam prouidi famuli zuleko, quondam noster aduocatus et Johannes lossse a nobis et nostra ecclesia In pheudo tenuerunt, Statuentes, vt, quicumque ipsum altare, postquam honorabilis vir dominus Sifridus, plebanus in Beltiz, nunc rector eiusdem, ab hac luce migrauerit, canonicè adeptus fuerit et ad id institutus, in anniuersario nostro duo talenta cum dimidio monete Brandenburgensis predicte per ecclesias infra scriptas et monasteria, videlicet Dominis, decanis in Kotzwick decem solidos, Canonicis in Cerwift totidem, Sanctimonialibus Ibidem totidem, In plotzek tantum Et in Segefer tantum Inter Ipsos canonicos et Sanctimonialibus fideliter distribuatur et die obitus nostri et anniuersarii predecessorum ac progenitorum nostrorum memoriam nostram et ipsorum deuote vigiliis et missis peragant deum pro nobis suppliciter exorando. Sane tamen Si ex caristia, gwerra, Incendio seu impedimento alio generali dicti redditus minorati fuerint, volumus vt secundum ratam reddituum perceptorum idem altarista, qui pro tempore fuerit, die anniuersarii nostri distribucionem faciat nec vltra hoc ad amplius, per aliquem attingatur. In cuius donacionis claram euidentiam Sigillum nostrum vna cum sigillo Ipsius nostri capituli est appensum. Nos quoque Thidericus, prepositus, thidericus, prior, totumque capitulum ecclesie Brandenburgensis predicte ad requisicionem venerabilis in christo patris ac domini, domini ludewici, Episcopi nostri, et iugem prescriptorum memoriam presentem litteram Sigillo ipsius capituli mandauimus roborari. Datum et actum Brandeburch, Anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XLI<sup>o</sup>, In die beati dionisii Episcopi et martiris ac sociorum eius.

Copiale No. 53 f. 7—9 im Königl. Prov.-Archiv zu Magdeburg.

LXV. Des Bischofs Ludwig von Brandenburg Verordnung über die Abgaben des Pfarrers  
in Mordiz an das Lorenz-Kloster in Neustadt-Magdeburg, vom 10. November 1342.

Nos Ludewicus\*), dei gracia brandenburgensis ecclesie episcopus, Recognoscimus in hiis scriptis, Quod constituta coram nobis religiosa domina sophia, abbatisa sanctimonialium monasterii sancti laurencii noue ciuitatis magdeburg eiusdem magdeburgensis dyocesis, donacionem et incorporacionem ecclesie in mordiz, nostre brandenburgensis dyocesis, factam per eos, qui hoc de iure facere poterant et debebant. Sufficenter decuit et probauit, prout in litteris inde confectis plenius continetur. Quas quidem donacionem et incorporacionem nos approbauimus ipsas gratas et ratas habentes ac presentibus approbamus decernentes, quod plebanus in mordiz, qui pro tempore fuerit, dictis Abbatisse et sanctimonialibus pensionem uel redditus quatuor marcarum argenti brandenburgensis annis singulis de ipsa ecclesia soluere teneatur; verum quia discretus vir dominus Johannes, quondam plebanus ibidem, nunc autem rector ecclesie in luckenwalde prefatis, Abbatisse et sanctimonialibus pensionem huiusmodi iam multo tempore non persoluit, licet tempore per eandem vexatus fuerit pluribus laboribus et expensis; Nos tamen futuris sumptibus et laboribus et amplioribus cauere volentes de consensu parcium compositionem amicabilem inter ipsas ordinauimus in hunc modum Ita uidelicet, quod dictus dominus iohannes, pro pensione non soluta sponte et voluntarie arbitratus est soluere predictis Abbatisse et sanctimonialibus sex marcas argenti brandenburgensis in terminis infra scriptis uidelicet isto anno vnam marcam cum dimidia in festo pasce venturo proxime et vnam marcam cum dimidia in festo beati michaelis immediate sequenti ac in anno sequenti similiter vnam marcam cum dimidia in quolibet termino memorato, preterea dominus hermannus, nunc plebanus in mordiz arbitratus est soluere vice et loco pensionis istius anni duas marcas argenti brandenburgensis vnam uidelicet in proximo festo pasce et vnam in festo beati michaelis immediate sequenti Abbatisse et sanctimonialibus supradictis, Sed et in sequenti anno ac deinceps idem dominus hermannus ac successor eius, qui pro tempore fuerit, plenam pensionem predictis abbatisse et sanctimonialibus annis singulis ministrabit uel ipsarum se gracia reformabit. In quorum omnium testimonium euidentis et sufficiens sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Testes huius facti sunt frater arnoldus et frater ludolphus, ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini in magdeburg, et magister Engelbertus, nostri cappellani, ac quam plures alii fide digni. Actum et datum Anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XLII<sup>o</sup>, in vigilia beati martini confessoris et pontificis In castro nostro Seyezere.

Copiarium des Lorenz-Klosters in Neustadt-Magdeburg f. 67 im Königl. Prov.-Archive zu Magdeburg.

\*) Im Copiarium steht fälschlich Ludolfus.

LXVI. Gerwinus, Propst zu Bernau, genehmigt die Stiftung des Katharinen-Altars in der dortigen Pfarrkirche, am 19. Februar 1346.

Nos Gherwinus, Dei gracia Prepositus Bernowensis ecclesie, omnibus presentes visuris seu auditoris notum facimus publice protestantes, Quod Consules ciuitatis Bernowe vna cum omnibus Kalendarum ibidem fratribus instantes preces fecerunt coram nobis, vt fundacionem et dotacionem, quam pie intendebant ad altare Sancte Katherine virginis nostra in ecclesia Bernowe ob intuitum Jhesu Christi et eorum precum instantiam admitteremus et nostrum plenum consensum adhiberemus Vnde nos Christi amore matrisque sue Virginis Marie, Sancte Virginis Katherine ac omnium Sanctorum honore, pia deuocione nostre anime ac animarum omnium fidelium pro salute eorum precibus et voluntatibus visis et auditis plenum consensum nostrum ad dicti altaris fundacionem et dotacionem firmiter dedimus et fideliter adhibuimus. Insuper ad vere fundacionis taxati altaris et dotacionis noticiam ab omnibus scire volumus, quod dicti Kalendarum Fratres tria frustra in uilla Mhere empta et Situata libere redimerunt omnique iure redempta per litteras Domini Ludowici, Marchionis Sigillatas confirmata ad altare supra notatum in perpetuam elemosinam apposuerunt duratura. Simili modo Bethemannus, Senior, Bethmannus, Filius eius, dicti Botel, duo frustra videlicet vnum talentum super domum Hermanni, dicti Botel et vnum chorum Siliginis in uilla Cepernic super curiam filiorum reliete iuuenis Situatum, renunciantes omni iuri, quod ipsis uel heredibus eorum in dictis Bonis competere posset in presenti uel in futuro; Nec non Margareta, Cunradi Sartoris felicis memorie relicta eius quoque Filii et heredes duo talenta videlicet vnum talentum Super viciniorum stipam cimiterii Situatum et vnum talentum Super domum Johannis Nigri apud cimiterium Situatum omni iuri renunctiati, cum pia intencione ad idem altare in perpetuam elemosinam erogarunt duraturam Animarum earum eorumque Successorum et omnium fidelium defunctorum ob memoriam perpetuis temporibus retinendam. Et ne huius fundacionis ac donacionis elemosine a quocunque violetur Sigillum nostrum in euidentiam premissorum presentibus dedimus apponendum. Eciam volumus, quod omnes vicarii altaris infra recitati diuinis officiiis Singulis diebus, videlicet matutinarum, missarum ac vesperarum interfint et se ingerant votualesque denarios quoscunque nobis presentare et dare non reculent. Datum Anno Domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XLVI<sup>o</sup>, ipsa Dominica, qua cantatur exurge.

Aus Bedmann's handschriftlichem Nachlasse.

LXVII. Markgraf Waldemar versichert die Stadt Wusterhausen a. d. Dosse, daß sie nicht mehr Zoll als andere Märkische Städte geben soll, am 12. Februar 1349.

Wy Woldemar, van der Genade Godes thu Brandenburg, tho Lufitz vnd thu Landesberg Marggraffe vndt oberste Cämerer des hiligen Romischen Ricks, Bekenne vnd betugen openbarliken in diesem Briefe, dat wi durch Frundschaft vnd durch sunderlicker Truwe, die vnns die edle

Mann, Gräve Ullrich von Lindow vnd vnse lewe Schwager gedahn vnde bewieset hevt, heben gelaten vnde laten die vorsichtige Lude, die Rathman, die Schöppen vnd die gemeine Börgere der Stadt tho Wulterhufen, wan sie kamen in vnsem Lande, thu den Städten vnd thu den Vesten, dat sie thu Watere oder thu Lande, thu all den redeliken Töllen, dor tu gebende nach alder Wohnheit, als et by vnser tyd vor en Plege vnde en wohnheit ist ghweset, also ock ander vnse Städte in der Marke dor plüchtig sind tu gebende vnd darbawen nicht, vnde wollen sie ewiglich vnde fredelig dorby behalten, vor all die jene, die dorch vnfs vnde dorch vnse Nakomlinghe duhn vnde laten willen. Tuge deser Gnade vnde Fryhet, die wie den Borgern gegeben hebben, syn die Edle Mann, Gräve Ullrich von Lyndowe, Herr Werner von Arwerde, Otto Gans, Herr thu Putlist, Herr Alebrand, vnse Camermeister, Herr Zorre, Herr Henning von Niegenkercken vnde datu bederue Lude genug, den man wol geloben mag. Thu einer groter Bekännnußs vnde tu einer openbarlicker Tüge, so hebben wie em dessen Brief geben, gesegelt met vnsem Infigel, gegeben in der Kyritz, nach Godes Bort drittehn hundert Jahr vnde im Negenvnde virtigheften Jahr, des Dünnerdags vor St. Valentinus Dage.

Aus der Gumblinger Urkunden-Sammlung III, 2, S. 154.

LXVIII. Vergleich des Pfarrers zu Wulterhausen a. d. Dosse mit dem Rath wegen der Errichtung der St. Stephans-Kapelle vor der Stadt, vom 13. Januar 1351.

Ne gestorum noticiam oblivio deleat, importunitas Ingenii malignantis infringat, cautum est et utile, ut ea, que coram nobis aguntur, Scriptorum testimonio perhennentur. Qua propter notum esse volumus vniverfis Christi fidelibus, tam presentibus quam futuris, quod nos Otto Poppentin, Plebanus in Wulterhufen, et Consules ibidem super edificatione et fundatione Altaris et Capelle Sancti Stephani ante Civitatem Wulterhufen concordauimus in hunc modum, videlicet quod Consules debent ad ipsum altare et Capellam virum probum et ydoneum cum consensu Plebani, qui pro tempore fuerit, presentare, quociens et quando ipsum vacare contingit. Missa vero ejusdem Capelle infra primam et secundam Missam observetur, ita etiam quod ex ea nullum impedimentum Missæ Plebani in Parochia gignetur. Offertorium autem, quod in Capella super altare offertur, totum presentabitur Plebano memorato. In temporibus siquidem necessitatis, cum contingat Plebani habere plures Missas in Parochia, vel quando aliquis Monachorum non fuerit aut Capellanorum aliquis Plebani infirmus vel mortuus fuerit vel quecunque tali modo necessitas Plebano euenierit, Idem Altarista Capelle dimittendo Missam in Capella iuvabit Plebanum cum eodem. In festiuitatibus ad vesperas Stabit ante dictus Altarista in Parochia apud Plebanum in sede consveta secundum morem aliorum Altaristarum et Capellanorum suo indictus Suppellicio. Cohercionem vero super obedientia, qua predictus Altarista Plebano tenetur obedire, Dedit Plebanus ad manus Consulium: Hanc sibi consules reservabunt. In cuius rei testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa. Datum Anno Domini Millesimo Trecentesimo quinquagesimo primo, ipso die Remigii Episcopi et confessoris.

Aus der Gumblinger Urkunden-Sammlung III, 2, S. 230.

LXIX. Der Bischof von Brandenburg und das Kloster Leißkau incorporiren dem Kloster unserer lieben Frauen in Magdeburg die Pfarrkirche in Wormelitz, am 13. Juli 1352.

In nomine domini Amen. Theodericus, dei gracia Brandenburgensis ecclesie Episcopus, Thydericus prepositus, Wylhelmus prior, totumque Capitulum Ecclesie eiusdem, Petrus prepositus, Thidericus prior, totumque Capitulum Ecclesie Letzkensis, Universis tam presentibus, quam futuris in vero salutari salutem et sincernam in domino Karitatem. Debitum officii pastoralis nos ammonet et inducit, ut iustis petencium votis pio concurramus affectu, deuotos ergo benigno affectu prosequi et ipsorum statum ampliari potius, quam artari volentes. Qua propter cum ex quadam libera donatione ac titulo donationis Jus patronatus ecclesie parrochialis in wormelitz ad honorabilem virum dominum prepositum et ecclesiam seu Monasterium s. M. virginis in Magdeburg ordinis premonstratensis fuisset translatum Cupientes, predictam Ecclesiam b. M. aliquo speciali nunc oportuno tempore salutare, Ad honorem dei patris omnipotentis et ad laudem alme virginis Marie, Jam dicte ecclesie patrone, ex multa deliberatione prehabita, vt presencia cedant in capacitatis memoriam in futuro, volumus et ordinamus infra scriptam nostram ordinationem ac incorporationem in perpetuum valituram, Videlicet quod quotienscunque huiusmodi ecclesiam Vacare contigerit, Prepositus s. Marie qui pro tempore fuerit, vnum de Canonicis sui ordinis ydoneum aut clericum secularem nobis aut nostris successoribus presentare debbit pro institutione canonica obtinenda. Insuper volumus et ordinamus, quod plebanus quicumque seu Rector ecclesie prefate in wormelitz, qui pro tempore fuerit, sex marcas argenti Brandenburgensis predicto preposito, qui pro tempore, et Ecclesie s. M. singulis annis in perpetuum et cunctis temporibus seculorum de redditibus et prouentibus ipsius ecclesie parrochialis in wormelitz in vsus prefati prepositi ac ipsius ecclesie perfoluet, presentabit, donabit atque dabit ad duos terminos anni videlicet in die beate walburgis tres marcas et in die beate Martini tres marcas, quas quidem sex marcas ad usus dicte Ecclesie s. Marie in Magdeburg incorporamus, ad quarum eciam sex marcarum presentationem et perfoluionem Preposito et ecclesie predictis, vt premittimur, sic pie, sic libere faciendam omnem qui in dicta Ecclesia parrochiali in Wormelitz plebanus seu Rector inuentus fuerit aut se pro plebano vel rectore gererit seu se habuerit, cuiuscunque status vel conditionis fiunt singulis annis nunc et in perpetuum volumus obligari. Si vero quoquomodo talis Rector prefate ecclesie parrochialis contra predictam ordinationem et incorporationem venerit aut in solutione predictarum marcarum negligens aut rebellis fuerit aut quicumque fecerit per se aut per alium aliqua Caua vel ingenio de iure vel de facto sub pena duplici dicte summe pecunie et refectione dampnorum et expensarum litis et extra ad predicta sciat se teneri et pena soluta vel non predicta omnia et singula rata et firma maneant et perdurent. Ne igitur beneficium, ut premittitur, gratanter factum in posterum nobis et Ecclesie Brandenburgensis in detrimentum et dampnum vergere dinoscatur in omnibus premissis, prout narrata sunt et narrantur, jura episcopalia Ecclesie nostre Brandenburgensis ac prepositi, sub cuius Archidyaconatu districtu ipsa ecclesia wormelitz extitit situata in vniuersis et singulis ac in Cathedratico, synodatico et synodalibus suo tempore dandis et prestandis non obstantibus, non preiudicantibus premissis nobis retineamus semper salua. Ad hec addicimus quotienscunque et quandocunque et vbicumque ab episcopo Brandenburgensi, qui pro tempore fuerit, seu ab ipsa ecclesia Brandenburgensi fieri contingat in ipsa diocesi Brandenburgensi, in clericos seu clericos precariam, exactionem seu subsidium generale vel speciale, exnunc, prout extunc preactam exactio-

nem seu Subsidium, quoad estimationem viginti fructuum reddituum nobis et Ecclesie nostre Brandenburgensi retinemus. Quam quidem estimationem pro viginti fructibus in tali precaria, exactione, subsidio predicta Ecclesia s. M. in Magdeburg vna cum ecclesia parochiali in wormelitz seu ipsius Rectore, qui pro tempore fuerit, nomine ipsius ecclesie in wormelitz nobis et Ecclesie nostre Brandenburgensi contribuere et soluere tenebuntur. Preterea eundem plebanum seu rectorem ecclesie in wormelitz ad mandata nostra recipienda et ea exequenda ac omnia alia et singula facienda que subditi nostri et ecclesiarum Rectores seu plebani nostri nostre dyocesis nobis et ecclesie Brandenburgensi faciunt et obediunt, volumus esse obligatum penitus et astrictum. Insuper presentibus protestamur, ymmo nobis specialiter reseruamus, quod per predictam ordinationem, incorporationem et gratie factionem nostram nullum preiudicium et incommodum de Jure vel de facto, quoad nunc et quocumque tempore in posterum poterit suscitari nobis et ecclesie Brandenburgensi quo ad omnia et singula, que in parrochiis et ecclesiis nostre dyocesis incumbunt facienda volumus generari, plebanum quoque seu rectorem ecclesie in wormelitz, qui pro tempore fuerit, in hiis, que in similibus et aliis Ecclesiis parochialibus nostre dyocesis requiruntur et exiguntur per presentes nostras litteras ac presentem nostram protestationem, ordinationem et reservationem volumus obligari. Ut autem predicta nostra ordinatio, incorporatio ac omnia predicta, sic ut a bona voluntate et liberalitate nostra procedunt, perpetua stabilitate ac futuro tempore firma et inconuulsa a cunctis Christi fidelibus habeantur, presens inde priuilegium conscribi precepimus nostrarum ymaginum impressionibus ac sigillorum nostrorum munimine roborandum; Presentibus reuerendis in Christo patribus ac dominis Johanne, episcopo Ebronensi, Thiderico, Abbate in monte prope muros Magdeburg, Ac honorabilibus viris et discretis Hermanno de wedderden, Gherhardo de heydebraken, Canonicis maioris ecclesie Magdeburg, Ditmaro, s. Sebastiani, et Johanne, s. Nicolai in nouo foro Magdeburg ecclesiarum decanis, Ciriaco Kalf, Geldolpho, Reinero — — Johanne, marschalcko, militibus, et aliis quam pluribus fide dignis. Datum Scyezere, Anno dominice Incarnationis M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> LII<sup>o</sup>, In die Margarete gloriose.

Copiarium unserer lieben Frauen in Magdeburg (No. 39) No. 77 im Königl. Prov.-Archiv zu Magdeburg.

LXX. Markgraf Ludwig des Römers Priuilegium für die Bürger Alt-Landsbergs, allein innerhalb ihrer Stadt vor dem Schulzengerichte zu Recht zu stehen, vom 21. September 1355.

Wi Lodewich die Romer, van gots gnaden Marggreue tu Brandenburg vnd tu Lufitz, des heiligen Romischen rikes ouerste kemerer, phallantzgreue bie Ryne vnd hertoge in Beiern, Bekennen openbar, dat wi fulke sonderlike gnade gedan hebben vnd don med dessem brife den bescheiden luden, Ratmannen vnd den gemeynen borgern der stad tu olden landesbergh, vnser liuen getruwen, dorch nöt, kummers vnd schaden willen, den sie hebben gelyeden vnd genomen in der tid des vnfreden, vp dat si sich sekern vnd die stad deste bat mogen erhalden vnd beteren, dat si keyn man schal vt laden vor keyn lantdink, noch vor keyn rouerecht scholen sie keynen manne tu rechte stan, vor keynen richtere, wo man sie beschuldigen wil, in steden oder

in dorpern. Dorvme gebiede wi allen vnfen ambachtluden, voygden vnd richtern in steden vnd in dorpern, dat nymant ouer sie schal richten, eft sie ymant wolde bekummern oder beclagen, sunder in ore stad scholen sie recht geuen vnd nemen vor oren beleenden richter. Tor des orkunde difes brifes, di vorsegelt is met vnsem ingefegil, Dorvber sin gewest die vesten lude haffe von valkenborch, vnse houemeister, hans von Rochow, vnse houemeister, herman von wulkow vnd Thedericus morner, prouest tu Bernow, vnse ouerste scriuer, vnd ander erbar lude genuch. Gegeuen tu Strufsbergh, Nach gots gebort Drytteynhundert jar, darnach in dem vief vnd vefstigstem jare, an sente Matheus dage des heiligen apostenen.

Nach dem im Stabtarhive befindlichen Original.

LXXI. Die Grafen Albrecht und Günther von Lindow klagen gegen den Herzog Albrecht von Mecklenburg wegen Ueberfälle und Beschädigungen, um 1358.

Dit is dy schade, dar wy Albrecht vnde Gunther, greuen thu Lyndowe, vmme beschuldigen vnfen swager, hertogen Albrecht van Mekelenborg.

Thu dem irsten male: dat syne houetluyde thoghen in vnse land met syner bannyr vnd verdyngheden vnde branden vnde deden vns schaden in vnfen landen, den wy achten wol vpe dry dusen mark siluers, vnde flugen vns borgere thu doden vnde vyngen sy vor vnser stad tu Reppyn, als wy synes vnde syner man lyues vnde ghudes veylich sin gewesen, also dat dit syne houetluide vnde man syn geweset, dye dar mede weren, her Rauen Barnekowe, her Hinrik van Stralendorp, her Kerftigen Böfel, Drewes Vlotowe, dye Molteken vnd dye Bülowen, alleyne doch, dat wy deser sake weren geghan thu hern Henryke, greuen tu Holtzften vnde senden vnser sake eme eyne scrift, dar he vns mede entrichten scholde, dar enkunde vns ny keyn recht weder vmme varen, wen dy van Holtzften scref vns, dat syne scrift des van Mekelenborg eme nicht worden enwere vnde bidden noch likes dar vmme.

Thu deme anderen male schuldige wy em hir vmme, dat syne man dar mede syn gewesen met des greuen man van Sweryn, dar vnse man gevanghen worden, dar he synen deil der beschattunghe ane nam, als wy syner lyues vnde gudes veylich syn gewesen, den schaden wy achten vpe twe dusen mark siluers, vnde dese syn sine houetluide gewesen, die dar mede weren: Buffo van Schuderen, Willeke van Helpit vnde anderen syne man.

Thu deme drudden male schuldige wy eme, dat syne houetluide toghen in vnse land tu Granzoy: Vieke Lutzowe, Molteken vnde dy Bülowen vnde andere syne man, met Drewes Vlotowen, als wy synes vnde syner man lyues vnde gudes veylich syn ghewesen, vnd branden, verdingheden vnde roueden vnse land, als wy den scaden achten wol vpe twe dusent mark siluers.

Ok schuldege wy syne man, Hanse vnde Beneken vnde Hinricke Roszkulen vnde andere syne man, dye vns binnen der heren vrede gherouet vnde genomen hebben, als wi syner

veylich fyn gewesen, als wi den scaden achten vppe drihundert mark siluers, vnde bidden lik vnd recht dar vmmē.

Aus Bischof Mecklenburger Jahrbücher XVI, 228.

**LXXII. Die Grafen von Lindow bestätigen der Lorenz-Kirche in Möckern 2 Hufen daselbst, am 8. März 1358.**

Nouerint vniuersi presentem litteram Inspecturi, quod Nos Vlricus, Albertus, Gunterus, Woldemarus, fratres, dei gratia comites de Lyndow, ob honorem dei omnipotentis sueque genitricis virginis Marie gloriose ac omnium sanctorum et ut cultus diuinus magis ac magis augeatur, iusto titulo proprietatis appropriauimus et presentibus appropriamus, dedimus et per presentes donatione solempni damus honestis nostris familiaribus Fideli Heysoni et Johanni, fratribus dictis Königsborne ac eorum legitimis heredibus presentibus et futuris duos mansos sitos in campis oppidi nostri Möckern in tribus latitudinibus cum area adiacente et prato et cum omnibus vtilitatibus et prouentibus eorundem, quos ipsi hactenus a nobis iure hereditario possidebant pseudali, ac Altare quoddam erectum et fundatum et dotatum cum eisdem in ecclesia parrochiali Sancti Laurentii prefati oppidi nostri möckern sub honore omnium sanctorum perpetue applicatos et perpetuis temporibus permanuros, cuius altaris ius patronatus prenominati fratres Heyso et Johannes de Königsborne et eorum legitimi heredes ex parte matris vtriusque sexus tam masculi, quam foemelle, post mortem eorum pacifice obtinebunt ac conferent ydoneo clerico, cum vacabit. Quibus omnibus de hoc medio sublati ad plebanum oppidi nostri Möckern, et ad consulum eiusdem diuoluetur. Renuntiantes pro nobis et nostris omnibus successoribus omni iuri, Actioni, vtilitati et impetitioni, proprietati et aliis Singulis quibuscunque nominibus censeantur, quod et que nobis et nostris successoribus in dictis bonis et mansis competebant uel competere possunt aliquantulum in futurum. Testes huius sunt Honorabiles viri, Dominus Nicolaus Spadiz, plebanus in Reppin, Dominus Nicolaus, plebanus in Rozzelow, Henningnus de Loo, miles, poppe Tuns, aduocatus, Rubertus de gul, famulus et alii quam plures fide digni. In cuius rei Testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa, Dilecto nostro fratre Woldemaro, penitus consentiente. Datum et Actum in Antiquo Reppin, Anno domini Millefimo tricentesimo quinquagesimo octauo, feria sexta ante Dominicam Letare.

Aus einem Consulat alter Abschriften verschiedenen Inhalts (Copiar. No. 10) No. 5 im Magdeburger Prov.-Archive.

LXXIII. Kaiser Karls IV. Befehl an Sandau, dem Erzstift Magdeburg zu hulldigen,  
vom 20. October 1361.

Karolus Quartus, diuina fauente clemencia Romanorum Imperator, semper augustus et Bohemie Rex, Magistro Consulium, consulibus et vniuersitati Ciuitatis Sandow, fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum. Cum sedes apostolica venerabili Teoderico, pridem Mindensi Episcopo, principi ac consiliario nostro dilecto de ecclesia Magdeburgensi prouiderit, Et ipse archiepiscopali pallio per sedem eandem sibi transmissa in presenciam nostra nuper cum omni reuerencia digne recepto Eciam Regalia ecclesie sue predictae a nobis tamquam Romano Imperatore ac domino suo suscepit, vt decebat, Nos eundem archiepiscopum habito respectu ad multiplicia merita probitatis ipsius vna cum ecclesia sua, Castris, Ciuitatibus, Municionibus et dominiis in nostram et Imperii sacri protectionem et tuicionem assumpsimus graciae. Volentes ipsum et eandem ecclesiam suam In iuribus, priuilegiis, libertatibus et graciae obtentis ab Imperio benigno fauore protegere Et Imperialis tuicionis presidio conseruare, Sicut hec omnia nuncii siue procuratores prefati archiepiscopi, Quos idem ad nos pridem premisisse dinoscitur, ad vestram, vt credimus, noticiam plenius perduxerunt. Quia vero idem archiepiscopus Sedem suam vosque et loca singula sibi et ecclesie sue subiecta iam visitare, accedere et videre decreuerit propria in persona, fidelitatem vestram seriose requirimus et hortamur vobisque districte precipiendo mandamus, Quatenus ipsum tamquam ordinarium et verum dominum vestrum cum reuerencia condigna recipere Sibi que fidelitatis et omagii Juramenta prestare, obedire fideliter et parere Et in omnibus ad ipsum et ecclesiam suam spectantibus debite subieccionis respectu efficaciter intendere debeatis, nullam in hiis sub pena grauissime indignacionis nostre renitenciam facientes presencium sub Imperialis maiestatis nostre testimonio litterarum. Datum Nuremberg, anno domini Millesimo Trecentesimo Sexagesimo primo, Indicione XIII, die XX mensis octobris.

Aus dem Copiarium No. 57 f. 57 im Königl. Prov.-Archiv zu Magdeburg.

LXXIV. Der Stadt Sandau Schadlosbrief für den Erzbischof von Magdeburg in Betreff der  
Urkunde, wonach die Stadt nicht von der Mark getrennt werden könne, am 24. Mai 1363.

Wir Ratmanne, Schepffen, Guldemeistere vnd alle gemeynen borgere der stad zu Sandow, Bekennen offenlich mit dissem briue allen den, die en sehen odir horen lesen, das wir mit eyndrehtigen wolbedachten muthe, mit guter gewissen vnd willen vnser burger gemeyne gelobt haben vnd globen in guten truwen, an eides stat, dem Erwardigen, In gote uater vnd herrn, herrn Ditherich, Ertzbischoff des heiligen goteshus zu Meideburg, vnserm lieben gnedigen herrn, das alle briue, die wir haben vnd da wir mit begnadet sind von den Marggreuen von Brandeburch vbir das stücke, das man vns nicht vorwisen noch scheiden sulle von der Marke vnd mit name von der alden marke, ym, sinem gotshus vnd allen sinen nachkomen Ertzbischofen zu Meideburg

von vns, vnfern erben vnd allen vnfern nachkomen keynen schaden nu vnd in zukunfftigen zeiten bringen sollen. Worden se ouch darobir von vns, vnfern erbin odir nachkommen in dheinen zukunfftigen zeiten, ym, sinem gotshus odir nachkomen zu schaden vorbracht, das sal dheinerley macht odir crafft nicht haben, wenn sie sullen tot sin vnd vnnütze allir dinge. Mit Vrkunde disses briues, verfigelt mit vnser stad Ingesigel, Gebin zu Ratenow, Nach Crifts geburt driczenhundert, In dem drie vnd Sechzigsten iare, des Mittewochen In den heiligen tagen zu pfingsten.

Copiarium No. 57 f. 195 im Magdeburger Prob.-Archiv.

LXXV. Bündniß der Grafen Albrecht und Günther von Lyndow mit dem Erzbischof Dietrich von Magdeburg, vom 23. August 1363.

Wir Albrecht vnd Gunther, gebrudere, Grafen zu lyndow, Bekennen offentlich mit disem Briue, das wir mit dem Erwürdigen in gote vater vnd heren, hern Ditriche, Erzebischofe des heilgen Gotzhus zu Meideburg, vnsern lieben herren, getedingt vnd vns mit ym gantzlich voreynet vnd verbunden habin, voreynen vnd verbinden also, das wir vns ym zu dinste getan haben vnd ym truwlichen dienen vnd behulffen sullen vnd wollen syn vff allirmenlichen mit alle deme, das wir vermugen vnd mit namen mit vnfern vesten Mokern vnd lyndow vnd die vnfern, die dieselben vesten von vnsernt wegen inne haben zu pfande oder suft, die sullen dasselbe gleicherwis ouch tun, als wir selbir, vnd her sal vns truwlich wider vnfers rechten vertedingen vnd alle wege gewaldig vnde mechtig syn vnd wir fines rechten wider gen allirmenlichen, wo ym odir vns des not geschiet, vnd wer das her vns oder wir ym bynnen vier wochen recht es nicht gehelffen kunden, von den, die her vns oder wir ym verkundigten vnd verclageten, So sal vnser eyn dem andern darnach, als er des ermanet wirt, mit vuller macht behulffen syn, als lange, biz das vns beiderseit von den recht widerfaren mach. Ouch sal vnser eyner des andern fient nicht werden, die wile wir beyderseit leben, Es en were denn, das der Marcgrafe von Brandenburg syn fyend würde, so sullen wir vnd die vnfern, die die vesten inne haben, mit Mokern vnd mit lyndow stille sitzen vnd ym vnd sinem Gotzhus von dannen keynen schaden tun oder zuzihen, noch her vns dahin wider; was wir abir denne von vnfern andern landen vnd vesten, die wir in die Marke haben, ym vnd sinem Gotzhus schaden teten, das en sal wider ym nicht syn. Tete her ouch vns zu denselben vnsern landen vnd festen ienigen schaden wider, das en sal ouch wider vns nicht syn vnd sullen des beyderseit an eynander vmbetedingt bleiben. Ouch vmb alle schelunge siner vnd vnser manne vnd lewthe hat her hern kunen Ronneken vnd wir kunen von wuluen gekoren, also das sie die zwifchen hir vnd sende Michelstag nu irst zukomende mit mynne oder mit rechte entrichten vnd allirdings entscheiden sullen vmb allirley schelunge, ansprache, name, vffloufte, zweidrechte, schulde vnd kryge, die zwifchen sie bizherzu gewesid sint; kunden sich abir die nicht voreynen, So sal der Edel grafe Gunther von Barbey als eyn vbirman dar nach vff send Mertyns tag sie entrichten vnd entscheiden, vnd wi sie der verichtet vnd entscheidet, dar sal vns vnd den vnfern beiderseit wol an genugen an allirley wider-

ſprache. Alle diſſe obgeſcribene tedinge vnd verbintniſſe geloben wir in guten truwen, an eydes ſtat, ſtete, gantz vnd veſte zu halden, an alles geuerde, ſunder allirley argeliſt. Mit vrkund diſſes Briues, verſigelt mit vnſern Inſigeln. Geben zu wolmerſtete, nach Criſts geburd drizenhundert, in dem dri vnd Sechzigſten Jare, an ſend Bartholomeus abend, des heiligen Apoſtoln.

Nach dem Original im Königl. Prov.-Archiv zu Magdeburg.

LXXVI. Markgraf Ludwig der Römer überläßt dem Rath zu Rathenow das Verfahren gegen den Pfaffen Heinrich von Schmidtsdorf, am 1. October 1364.

Wi ludewich die Romer, van godis genaden margreue tu Brandenburgh vnd tu luſitz, Bekennen mit diſen openen bryue, wes die Ratman vnde borger tu Ratenowe gedan hebben vnd noch dun willen an den papen, hern heinrike van ſmeditorp, des laten wi ſi ledich vnd en willen ſi darvme nicht ſin, dartu willen wi en behulpen ſin. Geſchin tu tangermunde, dar ouer ſin gewest die edel man, her hanſs von gotbuz, Geuehard van Aluenfleue, vnſer voget, langhe pardem vamme knyſebeke, vnſer marſchalk, Arnd van radow vnd vele mer guder lude. Gegeuen darſelues na godis gebort duſent vnd drihundert Jar, dar na in dem vir vnd ſestigſten Jare, des middewekens negiſt na ſente michils daghe, verſigilt mit vnſem anhanghenden Inghelgil.

Nach dem Original im Königl. Prov.-Archiv zu Magdeburg.

LXXVII. Ernennung von Schiedsrichtern des Pfarrers Heinrich Buchow zu Milow und der Rathsherren der Stadt Rathenow zur Entſcheidung ihrer Streitigkeiten, vom 27. Dezember 1364.

In nomine domini amen. Anno natiuitatis eiusdem Milleſimo tricentefimo ſexageſimo quarto, Indictione ſecunda, Menſis decembris die viceſima ſeptima, hora ſexta vel citra, In porticu eccleſie ſancte marie virginis oppidi Rathenow, Brandenburgeniſis dyoceſis, Pontificatus ſanctiſſimi in chriſto patris ac domini, domini noſtri vrbani, miſeracione diuina pape quinti anno tercio, In mei notarii publici nomine ſubſcripti et teſtium infraſcriptorum prefencia Conſtituti diſcreti viri Dominus Hinrikus Bukowe, Rector Eccleſie in mylowe, Caſtelli brandenburgeniſis dyoceſis, a carcere et vinculis ſolutus, parte ex vna necnon thidericus wedeghen, Hinricus dranſe, albertus woghenitze, Mathias de pargham, Johannes belitz, Hinricus woghenitze, chriſtoferus de bamme, Hermannus mewſ, Johannes wlf, henninghus de foro, Nicolaus pulmann, Johannes dore, Nicolaus morink, Albertus de Rynowe, Bethekynus ſeroder, Ni-

colaus welz et willikynus smedestorp, Consules noui et antiqui dicti oppidi Rathenowe parte ex altera, Qui laudabilem formam et modum firme et vere compositionis et amicitie inierunt propter quandam violenciam et contumeliam, per dictos Consules ipsi dicto domino Henrico temerarie et enormiter factam et illatam, In certos, veros et ydoneos arbitros et diffinitores sponte sana deliberacione animi consilioque amicorum vtrouique videlicet in discretos viros in dominum Reynerum de berktzow, presbiterum, viceuicarium ibidem Rathenowe, necnon in dominum Johannem Alexii, vicarium in villa tirbbetzyn, brandenburgenfis dyoecesis, grates et beniuole compromiserunt, Ita videlicet, quod dominus hinricus antedictus in ipsum dictum Johannem alexii tanquam in suum fidelem et uerum compromisit arbitrum eligendo Et ipsi Consules supradicti in dictum dominum Reynerum tanquam in eorum fidelem et legitimum arbitrum eligendo compromiserunt salua pace, amicitia et concordia parte ex utraque, quidquid per eorum dictos arbitros pronunciatum, diffinitum, actum, factum et terminatum fuerit, quod hoc gratum, Ratum et firmum nunc et in totum tempus seruare, tenere et habere voluerint parte ex utraque pro se et suis amicis singulis, quoad uixerint, absque omni strepitu et impetitione iuris seu facti coram quibuscunque iudicibus ecclesiasticis seu secularibus dinariis et a sede apostolica constitutis, Et omnia et singula per supradictos arbitros pronunciatia, diffinita et terminata ita grata, firma et Rata tenere, seruare et habere, ut si nunquam aliqua violenciam, controuersie et contumelie in ipsum dominum Henricum per ipsos Consules fuisset inducta carcerando et illata, quamuis idem dominus Hinricus Bukow ultra metas sue rationis uerbis temerariis in supradictos consules in lobio siue confistorio dicti oppidi Rathenow excessit, quo ad denigracionem eorum Honoris et fame, prout asseritur et attestatur per ipsum dominum Hinricum bukow memoratum. Quam compromissionem certi, veri, firmi et ydonei arbitri dictus dominus Hinricus bukow ipsi dicto domino Johanni alexii, suo arbitro, iuramento suo cum tactu textus sancti ewangelii et confirmacione iuramenti omnia per eum et pro eo pronunciatia, diffinita et terminata grata et Rata perpetue habere et seruare confirmauit. Ipsi uero Consules oppidi supradicti domino Reynero, eorum arbitro, in fide et in uerbo ueritatis nomine eorum et totius communitatis promiserunt, omnia et singula per ipsum et pro ipsis pronunciatia, diffinita et terminata in perpetuum grata, Rata et firma habituri. Ad quam pronunciacionem laudabilis compositionis et amicitie dicti certi arbitri Iphis sepedictis partibus Horam uesperarum die et mensis ut supra assignarunt. Acta sunt anno, Indictione, Mense, die, Hora, Loco, Pontificatu, quibus supra, Presentibus honorabilibus uiris et discretis dominis, domino Hermanno Nysnik, Rectore Ecclesie ibidem Rathenow, domino Bertramo de ejkendorpe, Domino arnoldo de Lochow, domino thiderico cernytz, domino Nycolao uorstedden, Rectore Ecclesie in Nawen, domino Petro, Rectore Ecclesie in bamme, domino Johanne Crakow, Presbyteris, Arnolde de Lochow, famulo, arnolde et nycolao, fratribus dictis scolene prefectis, alberto vilther, boldewino bredekow, arnolde sandow, Johanne magnestorp, Nycolao theltow, Michaelae de pargam, laycis, Ciuibus ibidem Rathenow, testibus ad premissa uocatis specialiter et Rogatis.

Et ego Sanderus Nyendorp, Clericus Camynensis dyoecesis, publicus sacri Romani Imperii auctoritate notarius etc. etc. etc.

Nach dem Original im Königl. Prov.-Archiv zu Magdeburg.

LXXVIII. Vergleich zwischen dem Pfarrer Heinrich Bukow zu Milow und dem Rath zu Rathenow, vom 27. Dezember 1364.

